dē ⁊ nō amare est laboriosū. Eccī. xxxi. Beatus vir. s. diues q. n. inuētus ē sine macula. s. inordinati amoris adeptiōis ɔ. seruatōis. Et qui post aurū nō abijt. s. mēte ⁊ corpe vt auari q̄ vbiq; terrāp: imo etiā sub terra sequunt aurū ⁊ nō deū. Sed quis est hic ⁊ laudabimus eū ⁊c. Tertio nec hr̄e diuitias nec amare est pfectū: Prouer. xxx. Duo rogaui te: ne deneges mihi anteq̄ moriar: mēdicitatē ⁊ diuitias ne dederis mihi: s; tribue tm̄ victui meo necessaria. q. d. mendicitatē. i. egestatē tantā pp quā ducar ad impatiētiā: vel furtū faciā vel qdcūq; pctm̄ mortale cōmittā. Et similr̄ diuitias supfluas: q: diuitie vt frequētius suos possessores puertunt: incrassatus ē dilatatus ⁊ recalcitrauit. idō hec ne dederis mihi: sed tm̄ victui meo tribue necessaria. Seneca: Nō est paup cui quātulumcunq; parū est: satis est. Et subdit: Supflua hr̄e cupiditatis ē: necessaria hr̄e infirmitatis: oīa relinquere pfectiōis. Quarto habere diuitias ⁊ amare plus q̄ deū. s. vel ɔ deū piculosum ē ⁊ pniciosum. tales. n. nō solū difficile: īmo impossibile ē intrare in regnū celop. vbi Hiero. sic ait: Scdm h̄ null⁹ diuitū salu⁹ erit. Et subdit: Recte ergo cameli diuitibus cōpant: q: sicut cameli cū deposuerint gibbū ⁊ graue sarcinā pōderū: p foramē acus. i. p angustā ⁊ artam viā intrare ⁊ transire pn̄t: ita supb⁹ ⁊ diues si dimittat gibbū. i. amorē inordinatū diuitiarū ⁊ sarcinā peccatop: tūc facile intrabit partā viā in regnū celop. Est aūt sciendū q̄ auarus tripliciter peccat. s. in p̱ximū: in seipm: ⁊ in deū. Primo peccat in p̱ximū. s. cū plus debito acquirit ⁊ cōseruat pecunias ⁊ alia bona tēporalia in dānū vel nocumentū alterius. Cū. n. bona tp̱alia nō possunt simul possideri a multis: non pōt vnus hō in bonis tp̱alib⁹ supabūdare nisi alter deficiat. ⁊ sm̄ hoc auaricia ē directe peccatū in p̱ximū vt ptʒ. Scdo auaricia est pctm̄ hoīs in seipm: q: p hoc peccatū deordinat eius affectus: s; principalr̄ nō deordinet corpus sicut p vitia carnalia. Tertio auaricia ē pctm̄ hoīs in deū sicut ⁊ oīa pctā mortalia: inquātū auarus p̱pter bonū tp̱ale cōtēnit bonū eternū. s. deū. Hec. b. Tho. scda scde. q. cxviij. arti. j. in cor. q. ⁊ in solu. ij. argu. per totū.

Qr auaricia nō sp est pctm̄ mortale. CA. III.

Tertio principalr̄ circa auariciā cōsiderare debemꝰ grauitatē: an. s. auaricia sit pctm̄ mortale an veniale ⁊ qn̄. Et q̄tū ad hoc rn̄deo ⁊ dico q̄ auaricia aliqn̄ est pctm̄ mortale: aliqn̄ veniale. Primo. n. dico q̄ auaricia est pctm̄ mortale. qd p̱bo triplici rōne: primo rōne equitatis quā offendit. scdo rōne charitatis quā excludit: tertio rōne finis quē puertit. Primo auaricia est pctm̄ mortale rōne equitatis quā offendit sic: Ad auariciā ptinet q̄ aliquis iniuste accipiat ⁊ retineat manifeste vel occulte res alienas in dānū p̱ximi qd ptinet ad rapinā vel furtū. sed hec ex suo genere sunt pctā mortalia: g̃ ⁊ auaricia. nam ex debito legali tenet de sua bona paupibus erogare: ⁊ hoc in duobus casibus. s. p̱pter piculū necessitatis: vl' p̱pter supfluitatē habitop: qd si nō facit mortalr̄ peccat. In his casib⁹ loquit Basilius dicens: Panis famelici ē quē tu tenes. nudi tunica quā cōseruas. indigentis argētū qd possides. ⁊ subdit: Quo circa tot iniuriaris quot exhibere valeres. Ex quo verbo cōfirmo q̄ auaricia ē pctm̄ mortale alia rōne sic: Iniuriari alteri ē pctm̄ mortale: q: ɔtrat dilectōi p̱ximi. s; talis ex auaricia in dictis casib⁹ p̱ximo nō subueniēs iniuriat ei vt dicit Basili⁹: Quo circa tot iniurias quot exhibere valeres. g̃ auaricia ē pctm̄ mortale. Scdo auaricia ē pctm̄ mortale rōne charitatis quā excludit. Si. n. tm̄ amor diuitiarū crescat q̄ charitati pferat: vt. s. p̱pter amorē nimiū diuitiap aliqs nō vereat facere ɔ amicicia dei ⁊ p̱ximi: sic auaricia erit pctm̄ mortale. Et in hoc casu loquit Chryso. dicēs: Tenebre aīe ē pecuniap cupido. Ex q̄ auctoritate facio rōnē t. [illegible] Nulla excecat spūali cecitate nisi p pctm̄ mortale qd priuat aīam lumie grē. s; cupido diuitiap sm̄ Chryso. p̱prie obtenebrat aīam q̄ excludit lumē charitatis pferēdo amorē diuitiap amori diuino. g̃ ⁊c. vel. j. Joh. iij. sic dr̄: Qui habuerit substātiā h⁹ mūdi ⁊ viderit frēm suum necesse hr̄e: ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei manet cū eo? Expositor: Qui habuerit substātiā ⁊c. Substātia hui⁹ mūdi intelligitur supfluū nō necessariū: nā q̄libet tenet ad erogatōeʒ supflui. Qui vō tm̄ necessariū hʒ nō tenet dare: q: plus tenetur sibi q̄ alteri: ⁊ p̱pinquis q̄ extraneis. Dicunt aūt diuitie substātia mūdi a substādo: q: debēt substare non dn̄ari: vel dicunt substātia a subsistēdo: q: debēt diligi ad sustentatōem nō ad supfluitatē vel voluptatē. Et subdit: Et viderit frēm suū necessitatē: vel maximā vl' extremā habere. Et clauserit viscera sua ab eo: q̄tū ad effectū. s. nō subuenerit sibi. vel clauserit ⁊c. sibi retinens quod ex charitate debet alteri subuenire. vl' clauserit. nō dicit: nō dederit sed clauserit: q: si nō tenet dare oʒ tm̄ cōpati. Augusti. Si nō dū es idone⁹ mori: pfecto idoneus esto dare de facultatib⁹ tuis fratri. peurat viscera tua charitas et nō de iactātia sed facias de intimo adipe mīe. Et subiūgit: Quō charitas dei manet in eo? qui nō cōpatit frī suo. q̄si dicat: nō manet. Cui⁹ rō est: q: mandatū habem⁹ a deo: vt qui diligit deū diligat ⁊ frēm suū: vt dr̄. j. Joh. iiij. Qui aūt nō cōpatit fratri necessitatē hn̄ti: nō diligit eū. ⁊ si nō diligit frēm quē videt: deū quē nō videt nō diligit: vt ibidē subdit. vn̄ nō dare nō est signū q̄ nō habeat charitatē sed nō cōpati ē signū. Hec. b. Tho. scda scde q. cxviij. arti. iiij. in cor. q. ⁊ in solu. ij. ⁊ iij. argu. Tertio auaricia ē pctm̄ mortale rōe finis quē puertit sic: Amor vel desideriū nō est nisi boni. g̃ sicut duplex ē bonū. s. bonū p̱pe ⁊ principalr̄ dictū: sicut bonū qd est finis: ⁊ bonū sm̄ quid: ⁊ nō bonū principale sicut bonū qd est ad finē ita duplex debet eē amor. s. principalr̄ ⁊ p se boni quod ē finis: ⁊ secūdario vl' ɔsequēter boni qd ē ad finē. Auaricia igit p̱ut ē amor inordinat⁹ vl' desideriū inordinatū tp̱aliū bonop ita q̄ in eis vltim⁹ finis ɔstituat sp ē pctm̄ mortale. Cui⁹ rō est: q: auerti ab incōmutabili bono est pctm̄ mortale. s; cōuerti ad qdcūq; bonū creatū sicut ad finē facit auersionē a bono incōmutabili: qd debet esse vltimus finis: eo q̄ nō pn̄t esse plures vltimi fines. g̃ auaricia inquantū bonis tp̱alib⁹ fruit semp est peccatū mortale. vn̄ cōgregare vel ɔseruare bōa tp̱alia spectat ad auariciā ⁊ est peccatū mortale dupliciter: vel q: ɔgregantur vel cōseruant ɔ iusticiā: vel si nō ɔtra iusticiā cōgregantur neq; ɔseruant: tn̄ p amorē in eis finis vltimus cōstituit. His. n. duobus modis auaricia est peccatū mortale Propter qd dicit Abacuc. ij. Ve ei qui multiplicat non sua. Hec. b. Tho. in q. dispu. de malo. q. de auaricia. arti. ij. vtrū auaricia sit peccatū mortale: in cor. q. ⁊ in solu. iij. argu. in cōtrariū facti. Scdo auaricia est peccatū veniale duob⁹ modis. Primo cū bona tp̱alia esti nimis amantur: ⁊ nimis sollicite p̱curant: nō tn̄ amori dei ⁊ p̱ximi pferunt: ⁊ sic in eis finis vltim⁹ nō ɔstituit. Scdo cū ɔ iusticiā in dānū p̱ximi nō p̱curāt. vn̄ quidā sunt q̄ ad h̄ amāt bona tp̱alia vt terrenis negociis sint implicati: ita tn̄ q̄ cor eop a xp̄o non recedat: ⁊ nihil christo preponat nec temp̱alia bona acquirendo ⁊ tenendo p̱ximo iniusticiā faciant. De talibus. n. loquit apl's. j. ad Corinth. iij. Siquis supedificat ligna fenū ⁊ stipulam saluus erit sic quasi p ignem. Que verba Augu. in glo. exponens dicit: Siquis supedificat ligna fenum ⁊ stipulā que sunt peccata minima quia venialia: talis saluus erit sic quasi per ignem. Vel p ignem pn̄tis tribulatiōis: vt Aug. ibidem:

Si vrit eum amor amissoꝝ.nō tñ subuertit eū neqꝫ ꝯsu‑
mit fundamenti stabilitate ꝛ incorruptōe munitū. quia
amissa nō pterit deo. Uel p ignē future purgatōis.nam
ignis purgatorii talia peccā minima.s. venalia facillime
cōsumit ꝛ purgat:eo ꝙ affectus taliū etsi sit supfluus:nō
tñ est adeo malus vt destruat fundamētū fidei que p di‑
lectōem operatur. Sic igit ꝯ dictis modis auaricia ē pec‑
catū veniale. Dec.b.Tho.scda scde.q.cxviij.arti.iiij.arg.
cōtra:ꝛ in cor.q.ibidē.ꝛ iterū in.q.dispu.de malo.q. de
auaricia.arti.ij.vtrū auaricia sit pctm mortale.i cor.q. i fi.

¶ Quibus auaricia ꝯtrariat ꝙ quibus. CA.IIII.

a Ꝺ maiorē tñ euidenciā est sciendū ꝙ peccatum
auaricie ꝯtriat equitati:charitati:pietati:libera‑
litati:ꝛ ꝓdigalitati. Primo.n. ꝯtrariat eqtati.s.
iusticie q̄ tenet mediū int supfluū ꝛ diminutū. auaricia
aūt excedit in accipiendo:ꝛ deficit in dando. Qꝫ aūt ali‑
quis minus habeat ꝙ̄ sibi debet:hoc nō est iniustū fa‑
cere sed iniustū pati qd minus est ꝙ̄ culpa. Sed ꝙ aliqs
supabundet in accipiendo vel retinēdo vltra debitū iu‑
sticie:malicia quedā est:ꝛ ad auariciā ptinet. vñ auari‑
cia qua quis ꝯtra iusticiā inordinate appetit acqrit ꝛ re‑
tinet bona tpalia in damnū vel nocumentū ꝓximi:ꝛ sic
ex suo genere est peccatū mortale:sicut furtū vel rapina.
Scdo auaricia opponit charitati: eo ꝙ auaricia est
amor inordinatus boni tpalis vt finis.ꝛ sic ꝯferṫ charita
ti que solū deū tanqꝫ vltimū finē amat:ꝛ iō auaricia est
pctm mortale sicut qdlibet aliud pctm mortale inquātū
cōstituit finē vltimū in bono creato. Tertio auaricia
opponit pietati:ꝛ tūc est pctm mortale i illo casu i quo
aliqs tenet bōa sua paupib' erogare puta cū ei supfluit
ꝛ necessitas cogit:sm illō Lu.xj. Qd supest date ꝛc.qd si
nō fit:auaricia talis est pietati ꝯtraria. Lꝫ.n.nō accipere
alienū sm se cōsideratū nō habeat rōnē culpe:tñ nō acci
pere ea q̄ ab alijs dant sub hac intentōe ne ipi alijs dare
cogant:hoc ē vituꝑabile ꝛ peccatū ad auariciā ptinens.
Dec.b.Tho.scda scde.q.cxviij.arti.iiij.in cor.q. ꝛ itē in
q.dispu.de malo.q.de auaricia.arti.ij.vtrum auaricia sit
pctm mortale:in so.iij.iiij.v.argu. Quarto opponitur
auaricia liberalitati. Cui' rō est:qꝛ cū virtus liberalitatis
mediū teneat circa datōem ꝛ acceptōem pecuniarū libe
ralis vtrūqꝫ facit sicut optet.nā ad decētē datōē sequit
ꝙ sit decēs acceptio.sꝫ si acceptio nō sit decēs optꝫ ꝙ eti
am datio nō sit decēs.qꝛ ex cōtrarijs causis ꝓcedit. ver‑
bigrā.datio.n.decēs ꝓcedit ex hoc ꝙ ꝯfert bonū rōis cu
piditati pecunie.sꝫ acceptio indecēs ꝓuenit ex hoc ꝙ hō
cupiditatē pecunie bono rōnis ꝓponit.liberal' igit decē
ter vel rōnabilr se hꝫ in datōe ꝛ acceptōe:qd sic ptꝫ: Pri
mo.n.liberalis recte se hꝫ in datōe:eo ꝙ ipe in dādo ob‑
seruat regulā rōnis:inquantū ipe dat qbus optet:ꝛ quā
do optet:ꝛ qd optꝫ:ꝛ quātū optet:obseruādo sp debitas
circūstātias q̄ exigūt ad datōē rectā. Scdo liberalis re
cte se habet in acceptōe:ꝛ pcipue quattuor modis. Pri‑
mo qꝛ ipe accipit vñ optꝫ.qꝛ a ꝓprijs possessionib'. Se‑
cūdo accipit quātū optet:qꝛ min' sibi relinquit ꝙ̄ alijs
det:eo ꝙ ipe ē paucis ꝯtētus. Tertio accipit quō optet:
qꝛ pauca ꝛ in necessitate.libēter aūt dat:ꝛ pp hoc inter‑
dū minora dans liberalior iudicat. Quarto accipit eo fi
ne quo optꝫ:nō.n.liberalis appciat diuitias pp ipas sꝫ
solū pp deū. Auar' aūt inordiate se hꝫ in his duob'.s.ac‑
ceptōe:ꝛ datiōe pecuniaꝝ:vt ptꝫ p singula discurrendo.
Dec.b.Tho.scda scde.q.cxviij.arti.iij.vtꝝ auaricia oppo
nat liberalitati:i cor.q.ꝛ itē in scri.ethi. li.iiij.ca. ij.que
aūt sm virtutē.in princi.ca.ꝛ in medio. Quinto auaricia
opponit ꝓdigalitati:ꝛ pcipue in duob'.s.in affectiōe:ꝛ
in datōe ꝛ acceptōe. Primo in affectōe interius:qꝛ aua‑
rus supabūdat plus debito:pecunias ꝛ bona tpalia dili‑
gēs.ꝓdigus aūt deficit.s.min' diligēs ea.cui' signū ē:qꝛ
sollicitudo pua vel magna videt ēē signū maioris ꝛ mīo
ris dilectōis.auarus aūt de pecunijs ꝛ alijs bonis tpali‑
bus nimiū sollicitat.ꝓdig' vō min' debito earū sollici‑
tudinē gerit. Scdo ꝯtriant sibi ad inuicē exteri' in datio
ne ꝛ acceptōe:qꝛ ꝓdigus excedit in dādo ꝛ deficit in ac‑
quirēdo ꝛ retinēdo. Auarus aūt oppositū facit:qꝛ ipe de
ficit in dando ꝛ supexcedit in accipiēdo ꝛ retinēdo. Dec
bea.Tho.scda scde.q.cxix.arti.j.vtꝝ ꝓdigalitas auaricie
opponat: in cor.q. Sꝫ forte q̄res:an ꝓdigalitas sit ma
gis peccatū ꝙ̄ auaricia? Rñdeo ꝛ dico ꝙ auaricia ē gra
uius pctm q̄ ꝓdigalitas.qd ꝓbo triplici rōne.s.rōne cō‑
trarietatis sanabilitatis vtilitatis. Primo auaricia ē
grauius peccatū ꝓdigalitate rōne ꝯtrietatis sic: Illud pec
catū est grauius qd virtuti magis opponit.sed auaricia
magis distat vel magis opponit virtuti liberalitatis ꝙ̄
ꝓdigalitas:qd ptꝫ:qꝛ ꝓdigus hꝫ aliqua q̄ hꝫ liberalis.s.
qꝛ libenter dat ꝛ nō defacili accipit.differt aūt a liberali
qꝛ neutrum hoꝝ bene.i.sm rectā facit rōem.ꝛ iō si ꝓdu‑
catur ad hoc ꝙ faciat pdicta sm rectā rōem siue p assue‑
factōem siue p quācunqꝫ aliam transmutatōem puta eta
tis vel fortune erit liberalis:vt.s.det quibus oportꝫ:ꝛ nō
accipiat vnde non oportet.auarus aūt in nullo ꝯuenit
cum liberali:ergo ꝛc. Secundo hoc idē ꝓbo rōne sa‑
nabilitatis sic: Illud peccatū quod nō multū augetur sꝫ
de facili curat est minus graue.sed ꝓdigus est defacili
sanabilis a suo vitio.ꝛ hoc duobus modis. Uno quidē
modo ab etate:quia quanto aliquis magis accedit ad se
nectutē fit magis ꝓnus ad retinendū ꝛ nō ad dandum.
Secundo propter paupertatem que cōsequit ex supflua
ꝓdigi datōe.paupertas aūt impedit ꝓdigalitatē:tum pro‑
pter impossibilitatē dandi:tum pp experientiam defect'.
Auaricia aūt est insanabilis:ꝛ hoc propter cōditōē sub
iecti:qꝛ humana vita ꝯtinue vergit in defectū. ois autē
defectus est imitatiuus ad auariciā.quod ptꝫ:qꝛ pp hoc
bona tempalia querunt vt subueniat defectibus pñtis
vite.ergo ꝛc. Tertio hoc idē ꝓbo rōne vtilitatis sic:
Illud videlꝫ qd nulli ꝓdest est grauius illo quod mul‑
tis ꝓdest.sed illiberalis vel auarus nulli ꝓdest.quod ptꝫ
non.n.ꝓdest alijs:qꝛ deficit in dando.s.quia nō dat.nec
etiā ꝓdest sibi inquātum deficit in expendēdo. ꝓdigus
aūt multis ꝓdest p suam datiōem.ergo ꝛc. Sed forte
argues in oppositū.s.ꝙ ꝓdigalitas sit grauius peccatum
auaricia tali rōne. Grauius peccat qui sibi nocet ꝙ̄ q noꝫ
cet alteri:sm illud Eccli.xiiij. Qui sibi nequā est: cui bo‑
nus erit?sed ꝓdigus nocet sibi:auarus aūt nocet alteri si
ue alijs:vt ptꝫ:ergo ꝓdigalitas ē pctm grauius auaricia.
Respondeo ꝛ dico ꝙ differentia ꝓdigi ꝛ auari nō atten
ditur sm hoc quod est peccare in seipm ꝛ in aliū: eo ꝙ
vterqꝫ peccat in seipm ꝛ in aliū.quod ptꝫ: quia ꝓdigus
peccat in seipm cum bona sua vnde viuere deberet con‑
sumit peccat etiā in alterū cōsumendo bona ex quib' de
beret alijs ꝓuidere:ꝛ pcipue hoc apparet in clericis qui
sunt dispensatores bonoꝝ ecclesie q̄ sūt pauperū quos de
fraudant ꝓdige expēdēdo. Silr etiā auar' peccat i alios
inquantū in dationib' deficit.peccat in seipm inquan‑
tū deficit in sumptib' ꝛ nō benefacit sibi ipi:vt dr Eccs.vj.
c Est aliud malū qd vidi sub sole ꝛc.cōple textū ꝛ expone
sic: Est aliud malū qd vidi sub sole.nō supra solem:quia
ibi nullū malū:sed sub sole. Et quidē frequens apud ho‑
mines.ideo peius:malū.n.quanto frequētius tāto pei'.
Uir.s.auarus: Cui dedit deus diuitias.mobiliū. Et sub‑
stantias.imobiliū. Et honorē. dignitatis ꝛ ptātis. Et ni‑
hil deest aie sue.i.sensualitati sue ꝛ vite corporali. Ex oi‑
bus q̄ desiderat i hꝰ mūdo. Nec tribuit ei de' ptātē.i.vsū
ptātis. Ut comedat ex eo.qd ipe diues auarus non vult

expellens a se grām vitio cupiditatis et auaricie. Sz bō extraneus vorabit illud.i.supflue cōsumet illud qd auarus multo tpe cōgregauit. Et hec vanitas: qz infructuose laborauit. Et miseria magna ē. qz extrane⁹ labores suos vorat: ⁊ ipe alto auferēte tristat̄. Tamē in hoc ē min⁹ prauus pdigus: qz si sibi ⁊ quibusdā alijs nocet q̄ tn̄ aliquibus pdest. auarus aūt nec alijs nec sibi pdest: qz non audet vti etiā ad vtilitatē hōis ꝑiis vt ptz. ⁊ ideo auarus ē peior pdigo. cuius signū est: qz pdigus a multis diligit̄. auarus v̄o a nullo sed odit̄ ab oibus. Hec.b.Tho.ij.ij.cū da scḋe.q.cxix.arti.iij. vtrū pdigalitas sit grauius peccatū q̄z auaricia. in cor.q. ⁊ in solu.i.argu.p totū. ⁊ iterū ethi. libro.iiij.ca.iij. que quidez igit̄ pdigalitas ⁊c̄. ⁊ in scrip.bea.thome ibidē.

¶ Utrū auaricia sit maximū omniū peccatoꝝ. CA.V.

q Uarto principalr̄ circa auariciā cōsiderare debemus peccati deformitatē vel quātitatē: an.s. auaricia sit maximū omniū peccatoꝝ. Ubi nota q̄ mamgnitudo peccati pōt attēdi ex tribus: pimo ex pte boni qd offendit̄: scḋo ex pte dāni qd infert: tertio ex pte boni cui quis subijcit̄. Primo magnitudo grauedinis peccati pōt attēdi ex pte boni qd offendit̄ vl' cōtemnit̄: ⁊ sic quāto bonū qd p peccatū ɔtēnit̄ offendit̄ vel corrūpit̄ est maius vel nobilius tāto peccatū est grauius. ⁊ sic peccatū qd cōmittit̄ ɔtra deū est grauissimū omniū peccatoꝝ: eo q̄ p tale peccatū ɔtemnit̄ sūmū bonū qd deus est. Scḋo magnitudo peccati pōt attendi ex pte dāni qd infert: ⁊ tūc inter peccata q̄ in pximū cōmittūt̄ tāto peccatū est grauius quāto dānū qd pximo infert̄ est maius. vn̄ ⁊ homicidiū est grauius q̄z adulteriū: ⁊ adulteriū q̄z sit furtū. Tertio magnitudo pcti pōt attendi ex pte boni cui aliqs inordinate subijcitur. nam quanto appetitus hūanus bono infimo vel minimo inordinate subijcit̄ tanto peccatū est deformius: vt verbigrā Bonū rerū exterioꝝ est inter hūana bona minimū. qd ptz: qz bonū exterioꝝ rerū est minus q̄z bonū corpis ⁊ bonū corpis est minus q̄z bonū anime: qd etiā exceditur a bono diuino. vn̄ qz inordinat⁹ appetitus auari minimo bono: vtputa bono rerū exterioꝝ subijcit̄: iō ē de-
a formius seu turpius alijs. pp qd dicit̄ Eccī.x. Auaro nihil ē scelestius. Et ibidē subdit̄: Nihil iniquius q̄z amare pecuniā. hic.n. aīam suam venalē habet: qui ɔtēpsit et pieccit intima sua. Dicit g̃: Auaro nihil est scelesti⁹. Qd verbū exponit̄ duobus modis. Primo sic: Auaro nihil est scelestius.i.ad peccatū pnius: qz ad oīa peccata auaricia inclinat.i.ad Thimo.vi. Radix omniū maloꝝ ē cupiditas. Scḋo sic: Auaro nihil ē scelestius.i.turpius vel vilius: eo q̄ in auaricia pfert̄ bonū cōmutabile vilissimū bono incōmutabili nobilissimo.s. bono diuo. Et iō subdit: Nihil ē iniquius q̄z amare pecuniā. qd v̄bū expōit̄ tribus modis. p⁹ mō sic: Nihil ē iniquius.i.eq̄tati nāli magis ɔtrariū: q̄z amare pecuniā.s. plus debito acq̄rēdo ⁊ retinendo: qz ſm cōem legē nature oīa erant cōia. Secūdo modo sic: Nihil est iniquius.i.insatiabilius: q̄z amare pecuniā. Nō dicit: q̄z qui hz pecuniā: sed qui amat inordinate pecuniā nunq̄z satiat̄. Eccī.v. Auarus nō implebitur pecunia. vbi glo. dicit q̄ sp auar⁹ eget. Rō aūt quare temporalia bona nō satiant aīam est: quia diuitie tpales sūt finite: corporee: trāsitorie. aīa v̄o est infinita sua capacitate: incorporea in sua entitate: sempiterna in sua duratōe. Tertio mō exponit̄ sic: Auaro nihil est iniquius.i. inequalius: qz auarus dat ⁊ cōtēnit bonū eternū p temporali. vn̄ subdit: Hic.n. aīam suā venalē habet: qz videlicet aīam suā.i. vitam suā naturalē ɔtempsit p tpalibus vel qz vitā suā exponit piculis qd est iniquissimū. qd sic ptz: Iniquius reputaret̄ qui vēderet suū frēm vel cognatum: iniquior qui videret patrē quē diligere plus tenet̄ iniquissimus qui corpus vel seipm venderet: qz plus se ipm q̄z omnes alios tenet̄ diligere: sed impissimus q̄ spiritū ⁊ aīam suam venderet. hoc facit auarus qui nō solū cognatū frēm ⁊ prēm ⁊ corpus suū: sed etiā suū spiritum vel aīam vendit. pijcit ⁊ ɔtēnit. vn̄ subiungit: Qm̄ ɔtempsit ⁊ pieccit intima sua. qd verbū exponit̄ quatuor modis. Primo sic: Qm̄ ɔtempsit.s. auarus vitā suam corporalem nō curando aliquid inde vt pecuniā lucret̄. Secundo sic: Cōtempsit ⁊ pieccit intima sua.i. virtutes oīes vt iniuste lucret̄. Tertio sic: Cōtempsit ⁊ pieccit intima.i. vl' s. era misericordie ⁊ pietatis. Re.ca. pcedē. quō auaricia multis virtutibus cōtrariat̄. Quarto sic: Contempsit et pieccit auarus intima.i. amicos intimos: qz auarus nullum habet amicū. vn̄ Tullius in primo libro de officijs sic ait: Nihil est tam angusti animi tamq̄z parui q̄z amare pecuniā. Et Aug. in li.lxxxiii.q. dicit: q̄ venenū charitatis est cupiditas: inquantū.s. homo sperat bonū diuinum p hoc q̄ inheret bono tempali. Et aplūs.i. ad Ephe.v dicit q̄ cupiditas ⁊ auaricia est idoloꝝ seruitus. ⁊ hoc p quandā similitudinē quā auaricia habet ad idolatriam

Assimulatur.n. auaricia idolatrie q̄ttuor modis. Primo in genere: vt sicut idolatria ſm se est magnū peccatū ita auaricia ſm se est magnū peccatū. Secunda silitudo ſm Ambro. est: qz sicut idolatria dei nitit̄ auferre gliaz ne solus deus nomen deitatis habeat: ita auarus in dei reo se extendit vt solus vsurpet que deus omnibus fecit: vtraq̄z ergo sunt inimica deo: qz negāt deo que sūt eius. Tertia silitudo auaricie ad idolatriā est ſm Chryso. qz sicut idolatre venerāt̄ reliquias vel idola nec ea p reuerentia tāgere audent: ita multi venerant̄ pecunias ⁊ eis vti nesciunt: sed vt sacra deponunt: ⁊ vt sacra filijs nepotibus ⁊ pnepotibus intactas cōseruāt. Illi in multis nō obediunt idolo: isti in oībus subijciunt̄ pecunie. Illi.s. idolatre idolo oues ⁊ boues imolant. auaricia dic̄: Imola mihi tuamipsius aīam. Quarta similitudo est: qz sicut idolatria se subijcit exteriori creature: ita etiaz auaricie nō tn̄ eodē mō: qz idolatria subijcit se creature exteriori ad cultū.s. vt ei exhibeat cultū diuinū. auar⁹ aūt subijcit se pecunie inordinate cōcupiscēdo eam ad vsum non ad cultū. Et ideo q̄muis auaricia idolatrie his modis assimiletur: non tamē habet tantā grauitatē quantā idolatria habet: nam peccatū qd est cōtra deum est grauissimū vt ptz supra in principio huius ca. Hec.b.Tho. scḋa scḋe.q. cxviij.arti.v. vtrū auaricia sit maximū peccatoꝝ: in cor.q. ⁊ in solu.argu. ⁊ Alex.ij.pte sum.q.clviij.arti.ix.

¶ De septē peccata ex auaricia oriunt̄. CA.VI.

q Uinto ⁊ vltimo principaliter circa auariciā cōsiderare debemus causalitatē. nam septē sunt vitia vel peccata que ex auaricia oriunt̄ velut filie a matre. ⁊ septē sunt spēs vel differētie auaricie. Primo.n. dico q̄ septē sunt filie auaricie q̄ ex auaricia oriūt̄ quas.b. Greg.xxxi.li.moral. ponit.i. obduratio inquietudo: violentia: fallacia: piuriū. fraus: pditio. Quoꝝ distinctio seu sufficientia sic pōt accipi: Nam auarus in duobus excedit modū.s. retinendo ⁊ accipiendo. Primo auarus excedit moduz in retinendo. ⁊ ex hac pte ex auaricia oritur obduratio mentis cōtra misericordiā. qua.s. auarus cor suū obturat ne indigenti subueniat misericordi-
q ter d̄ rebus suis: Prouer.xxi. Qui obturat aurē suam ne audiet pauperē: ⁊ ipe clamabit ad dn̄m ⁊ nō exaudietur. Qd verbū exponit̄ tribus modis. Primo sic: Qui obturat aurē suam.i. qui clauserit viscera mie sue paupi petēti elemosynā vel cōsiliū vel auxilium. Et ipe clamabit ad deū. vel in vita vl' in morte. Et nō exaudiet̄ vt dicea. Augu. de verbis dn̄i sermone.lxxxiij. sup illo verbo Luc.xij.

Stulte inquit dn̄s hac nocte repetēt a te aīam tuā: ꝛ hec que parasti cuiꝰ erūt: dicit: Uis videri sapiēs vbi es stultus: si seruaueris tua nō erūt: si erogaueris tua erunt. q̄d igit̄ reponis q̄ḋ relicturꝰ es. Et Hiero. Accepisse paupe ribus erogandū: ꝛ aliq̄d inde subtrahere oīuz predonuz crudelitatē supat: ego fame torqueor: ꝛ tu iudicas quan tū vētri meo satis est. Scḋo auarꝰ excedit modū in ac cipiēdo. ꝛ hoc tribꝰ modis. s. in corde: ope: ꝛ s̄mone. Pri mo excedit modū acquirēdi in corde: qꝛ auaricia inge rit homini solicitudines ꝛ curas sup̄fluas: ꝛ sic ex auari cia orit̄ inquietudo que nō sinit eū quiescere. Augu. de verbis apli: s̄mone. lxxxvij. Ista duo. s. negligētia ꝛ aua ricia nequissima onera sunt: secūq; pugnātia: premūt et dilaniāt te. pigricia dicit. dormi. auaricia dicit: surge. pi gricia dicit: noli pati frigidos dies. auaricia dicit: pate re in mari etiā tempestates. pigricia dicit: quiesce. auari cia vero nō sinit te quiescere: te a somno excitat: ꝛ te dor mire nō sinit. Scḋo auarꝰ excedit modū acquirēdi i ope re: ꝛ sic ex auaricia orit̄ violētia inquantū auarus ꝑ vim accipit aliena: vt pꝫ in rapina ꝛ furto. Tertio auarꝰ exce dit modū acquirēdi in sermone: ꝛ q̄ztū ad hoc quattuor facit. Primo eī auarꝰ in acquirēdo vtit̄ fallacia: inquā tū auarus simplici verbo decipit aliū vt lucret̄. Secūdo auarꝰ vtit̄ periurio: inquantū verbū suū iuramēto ꝯfir mat vt iniuste lucrari possit. Tertio auarus vtit̄ fraude decipiēdo aliū in rebꝰ: vt pꝫ infra Uenditio. ij. ca. Quar to auarꝰ vtitur ꝓditione: inquantū ꝑꝑ lucrū acquirēdū ꝑsonas ꝓdit ꝛ decipit: sicut pꝫ de iuda qui ꝑꝑ auariciaꝫ factus est ꝓditor christi. Isidorus autē ponit nouem filias auaricie: que sunt mendaciū: fraus: furtū: ꝑiuriuꝫ: turpis lucri appetitꝰ: falsa testimonia: violētia inhuma nitas: rapacitas: que reducunt̄ ad illa septē vitia que. b. Grego ponit. q̄ḋ sic pꝫ: qꝛ mendaciū ꝛ falsuꝫ testimoniū sub fallacia ꝯtinētur: eo ꝙ falsum testimoniū est quedaꝫ specificatio mēdacij: sicut etiā furtū est quedā specifica tio fraudis: vn̄ ꝯtinet̄ sub fraude. appetitꝰ autē turpis lu cri ꝑtinet ad inquietudinē, rapacitas autē continet̄ sub violētia sicut species eius. inhumanitas autē est idē: q̄ḋ obduratio cordis ꝯtra misericordiā. Scḋo p̄ncipalit̄ dico ꝙ septē sunt species vel differētie auaricie quas po nit Aristoteles. iiij. lib Ethi. s. tenacitas: parcitas: kinibi lis. seruitus: meretriciū. aleatores: ꝛ mortuor̄ expoliato res. Quarū numerus vel sufficiētia sic distinguit̄: Quia auarꝰ peccat in generali duobꝰ modis. s. in dādo: ꝛ in ac cipiēdo. Primo eni auarꝰ tribus modis peccat in dan do. p̄mo: qꝛ aliquādo nihil dat: talis dicitur tenax. scḋo peccat: qꝛ parū dat. ꝛ talis dicit̄ parcus. tertio qꝛ si dat tn̄ cū magna difficultate dat: ꝛ tūc parū dat. ꝛ talis vocatur kimbilis q̄si vēditor cimini: qꝛ de ꝑuis magnā vim fa cit. Scḋo auarꝰ peccat in accipiēdo. ꝛ hoc quattuor mo dis. s. qꝛ lucrat̄ viliter: turpit̄: illiberalit̄: violēter. p̄mo. n. auarꝰ aliqn̄ lucrat̄ viliter vel seruilit̄: puta qꝛ aliq̄ vilia ꝛ seruilia opa facit. ꝛ talis vocat̄ seruitꝰ. scḋo peccat: qꝛ lu crat̄ aliqn̄ turpit̄: puta de aliquibꝰ actibus turpibꝰ ꝛ vi tiosis: vt de meretricio ꝛ ꝯsimilibꝰ pꝫ. tertio auarꝰ aliqn̄ lucrat̄ illiberalit̄: puta qꝛ lucrat̄ de eo q̄ḋ oꝫ gratis cōce dere: sicut faciūt vsurarij vel aleatores ab amicis auferē do. quarto auarꝰ peccat: qꝛ aliqn̄ lucratur violēter. s. vim aliis inferēdo: sicut faciūt latrones vel mortuor̄ expolia tores. Hec b. Tho. s. da s. de q. cxviij. arti. vi. s. vtrū auari cia habeat filias: in cor. q. ꝛ in solu. argu. ibideꝫ: ꝛ iteꝝ in q. dispu. de malo. q. de auaricia. arti. iij. vtruꝫ auaricia sit pctm̄ capitale: i cor. q. ꝛ i so. arg.

¶ Utrū vnꝰ auarꝰ plꝰ hn̄s magi peccet cū amittit: q̄z aliꝰ minꝰ hn̄s. CA. VII.

D euidētiā predictor̄ quero quat tuor casus ad auariciā ꝑtinētes. Primus ca sus est de amittēdo pecuniā talis: Sint duo auari vnus plꝰ habēs alter minꝰ ꝛ vterq; cor̄ amittit: q̄s eoruꝫ plus peccat in amittēdo. Rn̄deo ꝛ dico ꝙ in hoc casu aut re spicimꝰ ad cupiditatē auari: aut ad affectionē. Primo et si respicimꝰ ad cupiditatē auari: tūc vbi ē plus de cupidi tate ibi ē plus de culpa. sed maior cupiditas ē in illo qui plus amisit q̄z in illo qui parū amisit. q̄ḋ ꝓbo tali rōne: Quātitas cupiditatis sequit̄ quātitatē rei concupite: vt patebit in casu sequēti imediate. ḡ cū ille qui plꝰ habꝫ et plus amittit plꝰ habeat de cupiditate: videt̄ ꝙ plus pec cet q̄ plus amittit q̄z ille q̄ minꝰ. Scḋo vero si respicimꝰ ad affectioneꝫ: sic plus pōt peccare ille q̄ minus amittit q̄z ille qui plus. Cuiꝰ rō est: qꝛ ille q̄ plus dolet in amittē do plus peccat. sed ille q̄ minus amittit plus pōt dolere de amittēdo q̄z ille q̄ plus amittit. Cuiꝰ ratio ē: qꝛ amor est cā doloris. sed aliqn̄ tantā affectionē vel maiorē pōt habere iste paup̄ circa pauca q̄ habet: quantū diues cir ca multa q̄ habet ꝛ amittit. Et ꝯfirmo ꝑ illḋ q̄ḋ dicit do minꝰ de vidua Luce. xxi. vbi glosa sic ait: Non cōsiderat dn̄s quantū sed ex quāto. ḡ nō plus peccat q̄ plus amit tit: qꝛ illa plura minꝰ amabat q̄z ille illud minꝰ ḡ nō plꝰ peccat q̄ magis amittit inspiciēdo ad affectionē. Se cūdus casus ē talis. s. de ꝯgregādo: Sint duo pauperes auari ꝛ vterq; ꝯgreget sup̄fluū. sed vnꝰ vsq; ad mille: alt̄ vsq; ad centū tn̄: q̄s eoruꝫ plus peccat. Rn̄deo ꝛ dico ꝙ simplicit̄ loquēdo ille auarꝰ qui cōgregat vsq; ad mille magis peccat q̄z ille q̄ ꝯgregat vsq; ad centū. q̄ḋ ꝓbo tri plici rōne. Prima ē ex p̄te medij a quo recedit: naꝫ talis magis recedit a virtute que ꝯsistit in medio. Scḋa ē ex p̄te dāni q̄ḋ facit: magis eni dānificat aliū q̄ habet inui ste mille q̄z qui hꝫ centū. Tertia ē ex p̄te p̄ncipij. Si eniꝫ cupiditas principiuꝫ est peccādi: vbi ē maior cupiditas: ibi ē maior culpa. sed in eo q̄ plus acq̄rit ē maior cupidi tas: ḡ est maior culpa. Q̄ꝫ autē sit maior culpa in eo qui mille lucrat̄ pꝫ: qꝛ sup̄ illo verbo Prouer. xxx. Tria sunt insatiabilia dicit glo. Crescit amor nummi quātū pecu nia crescit. Tertiꝰ casus ē talis: Sūt duo clerici: vnus est ꝯtētus vnico bn̄ficio: qꝛ tn̄ auarꝰ est pauca expēdit: ꝛ qꝛ cupidꝰ est multa ꝯgregat. alter vult habere multa bn̄ ficia: tn̄ vt ꝓdigus oīa sua expēdit: quis eorum plus pec cat. Rn̄deo ꝛ dico ꝙ ille q̄ plura bn̄ficia habet absolute loquēdo plus peccat: q̄ḋ ꝓbo duplici rōne. Prīa est: q̄a vnicū bn̄ficiū videt̄ esse deputatū vni ꝛ nō plura. ḡ qui plura bn̄ficia hꝫ magis peccat. Scḋa rō est: qꝛ ille q̄ plu ra bn̄ficia habet: in scandaluꝫ potiꝰ aggregat q̄z alter. Quartꝰ casus ē talis: Est tēpus famis ꝛ sunt mille paupe res. ē etiā theologꝰ p̄dicator hn̄s multos libros theolo gie in q̄bus studet vt possit ꝯsulere ꝛ p̄dicare: nūq̄d talis imminēte paupertate hac oꝫ libros suos vēdere ꝛ pauperi bus dare ꝛ ꝯsilia vel p̄dicatiōes dimittere. Rn̄deo ꝛ di co ꝙ lꝫ p̄dicare sit ex suo genere maiꝰ bonuꝫ q̄z elemosy nas dare: eo ꝙ elemosyna sp̄ualis est melior elemosyna corꝑali: tamen imminēte necessitate melius est elemosy nam dare q̄z predicare. ꝛ hoc duplici ratione. Prima est quia sine libris vel cum paucis libris potest doctor doc tus predicare. Secūda ratio est: quia posito ꝙ ita igna rus vel nescius esset: ꝙ nesciret sine libris predicare: de beret ad tempus abstinere a p̄dicatione vt pauperibus subueniret: nisi sciret ꝙ propter defectum predicationis irent homines in perditioneꝫ. tunc enim in isto casu de bet libros suos retinere ꝛ nō vendere: vt tamen moueat tur zelo animarū non cupiditate librorū. Hec Alexāder scḋa parte summe. q. xliij. arti. iiij. in quarta questiōe: in cor. questionum.

¶ Q̄ꝫ duplex est premium beator̄. s. essentiale: ꝛ ac cidentale. CAP. I.

Aureola

Circa aureolā ɔsiderāda sunt tria.s. euidētia essentialis: sufficiētia numeralis: eminētia virtualis. Primo circa aureolā considerāda ē euidētia essentialis. Nā aureola ē gaudiū beatoꝝ. Est āt duplex gaudiū in btīs.s. essentiale: ꝛ accidētale. Primū.n. premiū vel gaudiū btōꝝ ē ēētiale. qḋ ɔsistit in pfecta ɔiūctiōe aīe ad deū p visionē ꝛ fruitionē dei: inquātū aīa pfecte ɔiūgit deo vidēdo amādo eū ꝛ fruēdo eo: ꝛ hꝰ premiū essentiale silitudinarie corona aurea noīatur: ꝛ hꝰ triplici rōe .s. rōne meriti: signi: circuli. Primo rōe meriti: eo ꝙ nr̄m meritū circa quādā sīue pugna agit: qꝛ vita hoīs est q̄dā milicia sup terrā: Job.vij. Scḋo premiū ēētiale btōꝝ assimilat corone rōe signi: qꝛ corona ē ꝓpriū signū regie dignitatis. sꝫ p istud p̄miū ēētiale qḋ ī dei visiōe ɔsistit quodāmō efficit hō pticeps diuinitatis: ꝛ per ɔñs regie dignitatis vt dr̄ Apoca.v. Fecisti eñ nos deo nr̄o regnū ꝛ sacerdotes ꝛc̄. Tertio p̄miū ēētiale btōꝝ qḋ in dei visiōe ɔsistit assimilat corone rōne circuli. nā figura circulari ē pfectissima: eo ꝙ nihil sibi addi pōt qn sit ea minꝰ. ꝛ significat ēētiale gaudiū vel premiū beatoꝝ: cui nullū p̄miū addi pōt qn sit eo minꝰ: qḋ pꝫ: qꝛ oē illud p̄miū ē minꝰ p̄mio ēētiali btōꝝ qḋ in pfecta dei visione ꝛ fruitiōe ɔsistit. Vel dicas: ꝙ p̄miū ēētiale beatoꝝ silitudinarie corona aurea noīat triplici rōe. Primo.s. rōe materie ī q̄ p̄ciositas designat: qꝛ sicut auro nullū metallū est p̄ciosiꝰ: ita visiōe dei q̄ ē ēētiale p̄miū btōꝝ nullū aliud p̄miū maiꝰ ꝛ nobiliꝰ eē pōt. Scḋo rōe figure in q̄ eternitas designat: vel qꝛ p visionē dei btī pfecte ɔiūgunt deo q̄ nō hꝫ p̄ncipiū neqꝫ finē vt forma circularis: vel qꝛ forme circulari nihil addi pōt qn sit ea minꝰ: vt pꝫ.ā. Tertio rōe victorie ꝓ q̄ dat: in q̄ dignitas designat. ꝛ significat ꝙ nostrū meritū ꝛ victoria cū quādā pugna agit. corona eñ victoribꝰ dat. vñ sicut est triplex scōꝝ victoria: ita triplex ē corona q̄ dat a deo sanctis: vl̄ q̄ scī coronant a deo. Scḋm p̄miū vel gaudiū btōꝝ additū p̄mio essentiali ipsoꝝ.s. visioni diuie silitudinarie aureola designat de quo p̄mio dicit Exodi.xxv. Facies alterā coronā aureolā: que quidē aureola dicit gaudiū accidentale quo beati gaudēt de bonis opibus a se factis que p victoriā acquisierūt: nā victoribus corona dat: vt pꝫ.ā. Hec beatꝰ Tho.iiij.scrip.sen.dist.xlix.arti.j.in corpe.q.p totū.

Qꝫ tres dicunt esse aureole. CA.II.

f Ecūdo p̄ncipaliter circa aureolā ɔsiderāda ē sufficiētia numeralis. Tres.n.ponunt esse aureole.s. virginū: martyrū: doctoꝝ vel predicatoꝝ: ita ꝙ vna aureola debet virginibꝰ: alia martyribꝰ: alia doctoribꝰ vel p̄dicatoribus. Prima aureola.s.gaudiū accidētale debet virginibꝰ de bonis opibus a se factis ratiōe virginitatis. Cuiꝰ ratio est: qꝛ corona victoribus dat: vt pꝫ cap.precedēti. ḡ vbi ē specialis ratio victorie: ibi debet specialis aureola. vñ p virginitatē aliq̄s vl̄ aliqua singularē vel specialē victoriā obtinet de carne contra quā bellū gerit: vt pꝫ ad Galatas.v. Spūs ɔcupiscit aduersus carnē ꝛ econuerso: iō virginitati speciale gaudiū accidētale debet ꝛ dat: qḋ aureola nominat. Ad cuiꝰ euidentiā est sciendū: ꝙ illis tm̄ virginibꝰ debet aureola que ꝓpositū habuerūt virginitatē ppetuo ɔseruandi: siue hoc ꝓpositū fuerit voto firmatū siue nō. qḋ q̄dē ꝓpositū q̄uis aliq̄n fuerit interruptū integritate tamen carnis manēte dūmodo ī fine vite istud ꝓpositū inueniatur debet aureolā. Cuiꝰ ratio ē: qꝛ lꝫ virginitas carnis repari nō possit: tamē virginitas vel corruptio mentis p pñiam repatur ꝛ ad pleniū restituit. ꝛ ideo si mens finaliter remanet incorrupta habebit aureolā. non eñ est dubiū qn tales de corpis incorruptiōe gaudebūt. Hec autē aureola debet virginibꝰ solū ꝛ nō viduis. Cuius rō est: qꝛ corona nō debet pugne sed victorie de pugna. vnde qꝛ victoria virginū est pfectior q̄ victoria viduarū: eo ꝙ pfectissimū ꝛ pulcerrimū genus victorie ē hosti nūq̄ cessisse vt virgines faciūt: ideo aureola debet solū virginibꝰ ꝛ nō viduis. Si autē queris que ɔtinētia maiorem pugnā habet an virginū vel viduarū. Rñdeo ꝛ dico ꝙ ex vna pte virgines in ɔtinēdo habēt maiorē pugnā q̄ vidue. ꝛ hoc duplici rōe. Prima ē ꝓpter estimationē maioꝝ delectationū: q̄ sunt s̄m rei veritatē. cū eñ virgines delectatiōes venereas nō sint expte credūt ꝙ sint maiores q̄ sunt: ꝛ ideo in ɔtinēdo patiunt maiorē pugnā. Scḋa rō est pp incōsiderationē ipsoꝝ incomodoꝝ q̄ delectationibꝰ huiusmōi adiungunt. Ex alia vero parte vidue maiorē pugnā habēt in ɔtinēdo q̄ virgines ꝓpter delectationis memoriā ꝛ in diuersis vna alteri p̄iudicat s̄m diuersas ɔditiones ꝛ ɔplexiones psonarū: qꝛ quedā mouent magis hoc vicio: quedā alio vitio. nō tamē pp hoc viduis dat aureola. Cuiꝰ ratio ē: qꝛ aureola non debetur pugne sed victorie de pugna: vt pꝫ.ā. Sed forte ex hꝰ sic argues: Si aureola debet victorie de pugna: vbi nulla pugna vel victoria: ibi nulla aureola. cū ergo beata virgo nullā habuit pugnā carnis per cōsequens nec victoriam. ergo nec habuit aureolā: quod tamen est falsū. Respōdeo ꝛ dico: ꝙ beata virgo pro premio virginitatis aureolā habet. Cuius ratio ē: quia lꝫ beata virgo non habuerit pugnā per tētationē que est a carne: habuit tamen per tētationē que est ab hoste. qui nec ipsū christū reueritꝰ fuit tētare. Concludēdo igit generaliter dico ꝙ si procuret corruptio carnis veniēs ex corruptione mentis p instrumentū aliqḋ vel aliquo alio modo: talis sic faciēs amittit aureolā ꝛ in humilitate ꝛ verecūdia permanens debet a ɔsecratione abstinere. tamen qꝛ ecclesia iudicat solū s̄m ea que apparēt in foro exteriori: non repellit eum a ɔsecratione. Si vero p violentiā amisit integritatē carnis: non tamē aureolā pdit. non eñ potest corrumpi corpus nisi fuerit corrupꝰ animus. vnde si aliqua pro fide ab infidelibus violenter corrumpat: non ꝓpter hoc aureolam id est meritū vel premiū virginitatis amittit: vt dixit beata Lucia: Si me inuitā violari feceris: castitas mihi duplicabit ad coronā. non ꝙ habeat duas virginitatis aureolas: sed ꝙ duplex premiū repozabit: vnū pro virginitate custodita: aliud ꝓ iniuria quam est passa. Et plus dico: dato etiā ꝙ talis violenter oppressa cōcipiat. ex hoc tamen meritū virginitatis non pdit nec p consequēs aureolā. Hec beatus Thomas.iiij.scripto senten. dist.xlix.de aureol. arti.iij.q.j.in cor.q. ꝛ in solu. argumen.

Qꝫ scḋa aureola debetur martyribus et quare. CAP.III.

f Ecunda aureola debetur martyribus. Cuius ratio est: quia speciali victorie debet aureola specialis: vt patet capitulo precedēti. sed martyr de tyranno habet victoriā specialem: ergo ꝛ aureolā specialem. Ad cuius euidentiā est sciendū ꝙ est aliqua victoria magna duplici ratione: scilicet ratione pene ꝛ cause. Primo aliqua victoria est magna ratiōe pene.s. quia pena est maxima: sicut est pena mortis. Secūdo ratione cause.s. quando causa pro qua pugnat est honestissima: que causa est ipse christus. Et hec duo in martyrio ɔsiderantur: ꝛ p̄cipue causa: quia martyrē nō facit pena sꝫ causa: vt pꝫ infra Martyriū.vij. sicut virginitati debetur aureola pp victoriā quā habet de carne: vt pꝫ ca.precedēti: ita ꝛ martyrio vel martyri debet aureola pp victoriam quā habet de morte pp christū. Et ideo ille qui pro fidei cōfessione morit: siue quādo a psecutore de fide negans

da requirit quã necessario hoc est de necessitate salutis cõfiteri tenet: siue qñ a psecutore nõ requirit: z tũc fidẽ ꝯfiteri est superogatiõis. In his duob⁹ casibus quãdo a psecutore requirit vel nõ requirit: z fidẽ ꝯfitet: z ꝑ cõfessione fidei morit: aureolã meret. que quidez aureola non debetur martyri ex hoc ꝙ ab exteriori psecutore pena mortis infert: sed ex hoc ꝙ ꝓpter christum patienter vel volũtarie sustinet. Cuius ratio est: qz nõ meremur nisi per ea que sunt in nobis. z quãto illud quod quis volũtarie sustinet est difficilius z magis natũ vel aptuz voluntati repugnare: tãto voluntas que ꝓpter christum illud sustinet ostẽditur firmius fixa in christo. z ideo premium excellẽtius debetur ei. Ex quo sequitur ꝙ cũ duobus modis efficiat aliqs martyr. s. voluntate sola z opere cum volũtate: sustinẽtibus martyriũ volũtate tñ z nõ ope aureola non debet. Cuius ratio ẽ: quia aureola debetur difficultati que ẽ in ipsa pugna. vnde qz pati martyrium sola volũtate non est difficile: ideo lz martyr sola volũtate possit mereri equale vel maius premiũ essentiali pmio qđ martyri voluntate z ope debet: non tamen martyri volũtate sola debetur aureola ꝓpter rationẽ iaz dictã. s. quia aureola debetur difficultati que est in ipsa pugna martyrij: quã difficultatẽ nõ habet martyr volũtate tñ: vt pz. Et quia magis martyrẽ facit causa ꝙ pena ideo ille qui mortẽ sustinet ꝓpter bonum cõmune non relatum ad christũ aureolam non meretur. sed si penam mortis volũtarie subeat ꝓpter christuz martyr erit: z sic aureola ꝓmerebit: vt verbi gratia Siquis rempublicaz ab hostiũ impugnatione defendat qui christi fidẽ corrũpere moliunt. z in tali vel ꝑ tali defensione mortẽ sustineat: martyr erit z aureolã merebit. Si autẽ aliquis propter fidẽ vulnus mortale accipiat z aliquãdiu supuiuat nõ est dubium ꝙ talis est martyr z meret aureolaz: sicut pz de beata Cecilia que triduo supuixit: z de multis martyribus qui in carcere sunt defuncti. Si autẽ vuln⁹ mortale non accipiat z tamen exinde postea moriatur aureolam merebitur: nisi fiat ex pte sua talis negligentia in curando que culpã mortalẽ inducat z ei auream z aureolã auferret si moreret in tali statu. Si vero vulnera ñ mortalia susceperit z post hͦ sustinens carcerẽ moriat adhuc aureolã meretur. Cõcludo igitur ex pdictis ꝙ qualitercũqz afflictio ꝓpter christum illata vsqz ad mortẽ continuetur: siue mors inde sequat siue nõ: aliquis martyr efficitur z aureolã meretur. Si vero afflictio propter christuz illata non continuet vsqz ad mortẽ: non ꝓpter hoc dicetur martyr. sicut pz de beato Siluestro de quo nõ solẽnizat ecclesia sicut de martyre: quia in pace vitã finiuit ꝗuis prius aliquas passiones sustinuerit ꝓpter christũ. Dec. b. Tho. iiij. scrip. sen. dist. xlix. de aureolis arti. iij. q. ij. in cor. q. z in solu. argu.

¶ Qz tertia aureola debetur doctoribus: z quibus. CA. IIII.

T Ertia aureola debet doctoribus vel predicatoribus illis. s. qui ea solũ docent z predicãt que ad salutẽ ptinent animarũ. Cui⁹ ratio est: qz victorie speciali aureola specialis debetur. z ideo sicut ꝑ virginitatẽ z martyriũ aliquis de carne z de mũdo specialez victoriã habet: z ꝑ consequẽs aureolã specialẽ: ita etiam qñ aliquis non solũ a corde suo sed etiã a cordibus aliorum diabolũ per errorẽ impugnantẽ repellit aureolam meret. Cuius ratio est: qz talibus salutarib⁹ documẽtis diabolũ velut quibusdã spũalibus armis expugnat. De quib⁹ dicit scđa ad Corinth. x. Arma militie nostre nõ sunt carnalia: sed spũalia. Prelatis autẽ quib⁹ competit ex officio docere vel pdicare aureola nõ debet nisi actu predicẽt. Cuius rõ est: qz corona nõ debetur pugne z victorie habituali sed actuali: sm illud scđa ad Thimo. ij. Non coronabit nisi qui legittime certauerit. Et iõ quibuscũqz legittime exercẽtibus actũ istum. s. docẽdi vel pdicãdi debetur aureola. Dec. b. Tho. iiij. scrip. sentẽ. dist. xlix. de aureolis: arti. iij. q. iij. i cor. q. z in so. iij arg. i fine.

¶ Qua rõe vna aureola est maior altera. CAP. V.

T Ertio pncipaliter circa aureolã ꝯsiderãda ẽ preeminentia virtualis. Ubi nota ꝙ preeminentia vnius aureole respectu alterius ex tribus partibus potest ꝯsiderari. s. ex pte pugne: pmanentie: materie. Primo ex pte pugne: z sic aureola illa ẽ potior que fortiori pugne debet. z hoc modo aureola martyrũ alijs aureolis supeminet: qz ibi est difficilior pugna. Scđo maioritas aureole potest cõsiderari ex pte permanentie. et sic aureola virginũ alijs aureolis supeminet. Cuius ratio est: qz pugna carnis periculosior est inquãtum ẽ diuturnior z magis nobis eminet e vicino. Tertio maioritas aureole potest cõsiderari ex pte materie de qua ẽ pugna. z sic aureola doctorũ z predicatorũ inter omnes est potior. Cuius ratio est quia pugna doctorũ vel predicatorum versat circa bona intelligibilia. alie vero pugne. s. virginũ z martyrũ versant circa passiones. Quãuis aũt vna aureola sit maior alia sm quid: simpliciter tamẽ loquendo aureola martyrũ inter omnes ẽ potior. quod ꝓbo tripliciter. s. ratione: auctoritate: z obseruatione. Primo ratione sic: Ubi pugna est difficilior z victoria maior: ibi aureola potior. sed pugna z victoria martyrũ est huiusmodi vt pz. ergo z c. Scđo hoc idẽ probo auctoritate: qz sup illo verbo Matth. v. Beati qui psecutionẽ patiunt z c. dicit glo. ꝙ omnes alie beatitudines pficiunt in ista. Re. infra Beati q psecutionẽ patiunt pp iusticiam z c. Tertio hoc idẽ probo obseruatiõe ecclesie. nã ecclesia in cõmmemoratione sanctoꝝ martyres doctoribus z virginibus preordinat vel pponit. z hoc ad ostendendũ preeminentiã martyrũ respectu doctoꝝ z virginuz. Sed forte queres: an vnus aureolaz martyrij vel virginitatis vel doctorũ alio excellẽtius habeat. Rñdeo z dico ꝙ meritũ alicui⁹ sancti ex duobus augeri põt. Primo ex parte radicis. s. charitatis que ẽ radix z principium meriti z augmẽti eius. z hoc mõ magnitudini charitatis respondet magnitudo corone auree. s. magnitudo premij essentialis. Scđo põt ꝯsiderari z augeri meritũ alicui⁹ ex pte opis. z sic vn⁹ martyrũ ex maiori charitate mai⁹ tormẽtum martyrij sustinebit alio: vel magis pdicationi insistit: vel etiã magis a delectationib⁹ carnis elongat. z sic illa virginitas ẽ maior alia que magis occasiones corruptionis vitat: sicut ignis vel vn⁹ aer est purior z subtilior alio. Dec. b. Tho. iiij. scrip. sen. dist. xlix. de aureolis: arti. v. in cor. q. z in solu. ij. argu.

Sequitur de littera B.

¶ Q₂ sex sunt de integritate baptismi: ⁊ que sex capitula.

CA.I.

[B]aptismus. Circa sacramentũ batismi consideranda sunt quattuor.s. forme integritas: materie necessitas: conferẽtis qualitas: suscipientis varietas. Primo cõsideranda ẽ forme integritas. Naz sex sunt de integritate forme baptismi: id est modi baptismi: qui exprimunt sub ista forma id est sub isto mõ baptisandi. Primum est efficiẽtis pfectio.s. pat ⁊ fili⁹ ⁊ spũssanct⁹: tãq₃ pncipale efficiẽs sacramẽtũ baptismi. vñ dicit: In nõie patri ⁊ filij ⁊ spũssancti amẽ. Scõm ẽ oferẽtis ostẽsio. vñ subdit Ego: vt instrumẽtale oferẽs. Tertiũ est suscipiẽtis oditio vel dispositio. vñ addit Te: vt rõnale suscipiẽs. Quartũ est elemẽtalis vel mãlis ablutio. vñ subiungit: Baptizo.s. aq̃ua. Quintũ est vocalis seu verbalis expssio. vñ subiectit voce: Ego te baptiso. Sextũ est mẽtalis intẽtio. oz eñ q₃ in baptismo applicet intẽtio ministri.s. baptizantis ad baptizatũ. vñ subinfert: Ego te baptizo ⁊c. Hec.b.Tho.iiij.sen.sen. dist.iij. de integritate forme baptismi: art.ij.q.j. in cor.q. per totum.

Rimo dico: q₃ de integritate forme baptismi id ẽ modi baptizãdi ẽ efficiẽtis pfectio.s. pater ⁊ fili⁹ ⁊ spũssanct⁹ tãq₃ principale efficiẽs. vñ dicit: In nõie patris ⁊ filij ⁊ spũssancti: ad ostẽdenduz q₃ expssio trinitatis .s. patris ⁊ filij ⁊ spũssancti ẽ de necessitate baptismi. qd triplicit pbo.s. auctoritate: institutiõe: rõne. Primo auctoritate: ⁊ pmo auctoritate fulgẽtij qui sic dic: Mysteriũ redẽptionis nullo mõ habet si patri ⁊ filij ⁊ spũssancti nomẽ subtrahat. Scdo hoc idẽ pbo auctoritate Damas.iiij.lib.sen. sic dicẽtis: Quicũq₃ nõ in sanctã trinitatem baptizati sunt: hos omẽs oz rebaptizari. Rebaptizari autẽ in sanctã trinitatẽ ẽ baptizari in nõie patris ⁊ filij ⁊ spũssancti. Scdo hoc idẽ pbo ex dei institutiõe sic: Forma instituta a christo ẽ de necessitate baptismi. sed forma expssa a christo nõ solũ intelligit sed etiã exprimit nomẽ trinitatis: g ⁊c. Tertio hoc idẽ pbo triplici ratione. Prima ẽ ex pte repationis humane sic: Opatio proprie ⁊ p se debet actori ⁊ nõ mediatori. sed repatio hũana q̃uis sit facta p christũ tãq₃ p mediatorẽ nihilominus est facta pncipaliter a trinitate tanq₃ ab actore. Scda rõ est ex pte fidei nostre. Si eñ baptism⁹ fieret in inuocatione christi posset credi virt⁹ opationis tãq₃ ab actore eẽ a christo ⁊ nõ a trinitate. ⁊ iõ valde osonũ ⁊ ouenies fuit necessitate fidei q₃ sacramẽta ⁊ maxie sacramẽtũ necessitatis vt ẽ baptism⁹ exerceat sub forma exprimẽte trinitatẽ: vt sic i fide trinitatis reborarent fideles. Tertia ratio ẽ ex pte reformatiõis imaginis aie: nã ex pctõ deformata ẽ imago trinitatis in mẽte. ⁊ ideo ouenies fuit q₃ illa forma exprimeret qua reformaret imago in mente. vñ qz in sacramẽto aĩa reformat ad similitudinẽ trinitatis: iõ in forma baptismi debuit poni verbũ qd exprimeret trinitatẽ: qd fit cũ dicit In nõie patri ⁊ filij ⁊ spũssancti. Hec Alex. scda pte summe: de forma baptismi quesito ouenientior forma: arti.ij. in cor.q. Si aũt omittantur verba exprimẽtia trinitatẽ ⁊ addant alia nõ erit baptismus. qd pz de singulis. Primo eñ si q̃s verba pferret sub ista forma: Ego te baptizo in nõie christi: vel in nõie filij nõ esset baptism⁹. Cui⁹ rõ est: qz talis formã institutã a dño pmittit. fuit eñ in pmitiua ecclesia ab aplis instituta hec forma baptismi: Ego te baptizo i nõie christi vl in nõie filij dei. Cui⁹ rõ est: qz tũc tpis nomẽ christi erat odiosum incredulis ⁊ erubescibile infirmis: ⁊ iõ statuerũt apostoli vt i nõie christi baptizaret: ad hoc vt increduli ad inuocationẽ nõis christi videtes spiritũsanctũ in signo visibili sup baptizatũ descẽdere ad amorẽ illius nõis allicerent: quo facto redierũt ad formã sibi traditã a dño. vñ cessante causa debuit cessare effectus. ⁊ iõ si q̃s mõ baptizaret sub illa forma.s. in nõie christi nõ esset baptizat⁹. Hec.b.Tho.iiij.scrip.sen.dist.iij. de forma baptismi: arti.ij.q.ij. in solu.iij.arg. Scdo si q̃s verba exprimeret sub ista forma: Ego te baptizo in nõie trinitatis nõ esset baptizat⁹. Cui⁹ rõ est qz in nõie trinitatis non exprimunt ipse diuise psone sed numer⁹ psonarũ: ibidẽ in so. iiij.ar. Tertio si q̃s verba exprimeret sub hac forma: Ego te baptizo in nõie genitoris ⁊ geniti ⁊ pcedẽtis ab vtroq₃ nõ esset baptism⁹. Cui⁹ ratio ẽ: qz genitor nõ signat psonã patris sicut hypostasim subsistentẽ vt facit h nomẽ pater: sz p modũ actus. vl qz nõ est eadẽ significatio dicẽdo In nõie genitoris ⁊ in nõie patris. ⁊ osimiliter de alijs.s. de genito ⁊ filio ⁊ de pcedẽte ⁊ spũssancto: iõ ⁊c. ibidẽ in so.v.arg. Quarto si q̃s verba exprimeret sub hac forma. Ego te baptizo in nõie passiõis christi nõ eẽt baptism⁹. Cui⁹ ratio ẽ: qz cã prima a qua baptism⁹ efficaciã habet: auctoritatiue ẽ pater ⁊ fili⁹ ⁊ spũssanct⁹. cã autẽ secũdaria ⁊ meritoria est passio christi: ⁊ iõ magis fit mẽtio de patre ⁊ filio ⁊ spũsancto q̃ de passione christi: ibidẽ.q.j. in solu.viij.arg. Quinto si q̃s verba exprimeret sub hac forma: Ego te baptizo in nõie dei ⁊ sancte crucis: Rñdet dupli. Uno mõ simplicit ⁊ absolute fm bernardũ: in quadã eplã q̃ sic dicit: Queris vtz in nõie dei vel scẽ crucis immersus sit baptizatus. Rñdet Bern. dicẽs: Ego vero hũc baptizatũ puto. Alio mõ rñdetur sub distinctiõe: qz si i nõie dei intelligit distinctã expssionẽ trinitatis. vez dicit: qz additio ex deuotiõe scã nõ vitiat sacr̃m. si vero nõ: falsum dicit. Hec Petr⁹ de Tharã.iiij. scrip.sen.dist.iij. Sexto si q̃s vba exprimeret sub hac forma: Ego te baptizo i nõie spũssancti. Dico q₃ etiã inuocato spũscõ q̃uis intelligant alie psone: non tñ sufficit ad baptismũ nisi psone alie exprimant. Cui⁹ ratio ẽ: qz nõ solũ intellect⁹ exigit trinitatis: sed etiã triũ psonarũ confessio ⁊ expssio. Ubi nota q₃ pfessio trinitatis potest fieri q̃ttuor modis: Aut ita q₃ sit plena in corde ⁊ ore: et tũc plenũ ẽ sacr̃m. Aut nec in corde nec i ore: ⁊ tũc vacuũ est sacr̃m. Aut plena i ore sed nõ in corde. ⁊ tũc iterũ plenum ẽ sacr̃m: qz in fide ecclesie fit nõ psone. Aut plena i corde sed nõ in ore: ⁊ tũc aut cmissio illa fit ex volũtate: ⁊ tũc vacuũ est sacr̃m. Aut ex necessitate pp impedimentũ supueniẽs mortis vel infirmitatis: ⁊ tũc simplicitẽ nõ est plenũ. sed tñ ex diuina pietate supplẽte: pie põt putari esse plenũ. puto tñ q₃ securi⁹ est rebaptizare sub oditione si fieri põt. Hec Petr⁹ de tharan.iiij.scrip.sen.dist.iij. circa scõm pbleuma: arti.j.q.ij. in cor.q.p totũ.

baptiſmus eſt facilior in actu.ſecūda eſt: q̄ eſt cōior in
vſu.tertia eſt:q̄ eſt pfectior in effectu. Prima rō quare
baptiſmus poſt circūciſionē debuit de neceſſitate inſti
tui eſt:quia baptiſmus eſt facilior in actu: nam circūci
ſio inferebat dolorē in carne.vñ fuit ſacramentū penoſū
⁊ laborioſum ꝓpter qđ multi a circūciſione trahebant̄.
⁊ ideo poſt illud neceſſariū fuit vt inſtitueret̄ ſacramen
tū baptiſmi qđ eſſet ſine labore ⁊ dolore; vt ſic nullus ſe
ſubtraheret a baptiſmo:imo oīs libenter ⁊ faciliter ad ſu
ſcipiendū baptiſmū inclinaret̄.vñ hac rōne dicit ꝓphe
ta: Cōuerſus ē furor tuus ⁊ ꝯſolatus es me. Et ſequitur:
Haurietis aquas cū gaudio de fontib⁹.Scd̄a rō eſt q̄
baptiſmus ē cōior in vſu:q̄ vtriq; ſexui eſt cōis. circūci
ſio aūt erat ſacr̄m pticulare:q̄ ſolū dabat̄ viris ⁊ nō mu
lieribus.⁊ iō erat remediū pticulare ⁊ nō generale: pro
pter qđ neceſſariū fuit inſtitui ſacr̄m baptiſmi qđ ē vni
uerſale remediū.vñ hac rōne dicit ꝓpheta: Oēs ſitientes
.s.ſalutem venite ad aquas.s.nolite iam retrocedere. Ter
tia rō eſt:q̄ baptiſm⁹ ē pfectior i effectu.Eſt.n.baptiſm⁹
pfectior circūciſione in quattuor.s.in remotiōe culpe:in
collatōe gratie in ablatōe pene in reſtitūtōe paſſionis ⁊
reſurrectōis dñice. Primo baptiſmus eſt pfectior cir
cūciſione in remotōe culpe:⁊ hoc tribus modis.p° q̄ cir
cūciſio nō tollebat principalr̄ peccatū actuale ſed conſe
quenter:nā directe ⁊ principalr̄ ꝯ peccatū originale fuit
circūciſio ordinata.ex cōſequenti etiam actuale tollebat
vbi inueniebat. Hec.b.Tho.iiij.ſcri.ſen.di.i.arti.iiij.q.ij.
in ſolu.iij.argu.2° circumciſio q̄uis a peccato originali
liberaret.nō tñ p eam aliquis fructū liberatiōis cōſequi
poterat:quia ianuā celi nō aperiebat.⁊ ꝓpter hoc ioha
nes baptiſta circūciſus a peccato originali mundari in
digebat.vñ dicebat xp̄o: Ego a te debeo baptizari ⁊c̄.ibi
dem in ſolu.ij.argu. Tertio l; circūciſio purgaret origia
lem culpā:nō tñ delebat oēm penā vt infra ſtatim pate
bit. Baptiſmus aūt tanq̄ circūciſione pfectior facit hec
tria.p° purgat omnē culpā.2° liberat ab oī pena ſatiſfa
ctoria.3° reſerat celi ianuam: vt patet infra Effectus ba
ptiſmi. Scd̄o baptiſmus eſt pfectior circūciſione in
collatione gratie:nam gratia perfectius in baptiſmo cō
fertur q̄ in circūciſione.⁊ hoc tribus modis.p° q̄ gratia
in circumciſione principalr̄ ordinat̄ ad effect⁹ priuatio
nis.s.ad remotōem culpe:conſequēter v̄o ad defect⁹ po
ſitiuos.s.ad ornatū aīe:qđ facit inquantū priuatio vni⁹
eſt cauſa poſitionis alterius vel poſitio alterius. grā v̄o
que in baptiſmo datur vel ꝯfertur principalr̄ ordinatur
ad effectus poſitiuos vel ad effectū vtrunq;.s.poſitiuū ⁊
priuatiuū.2° q̄ gratia que in circūciſione dat̄ ordinaba
tur ſolū ad effectū purgatōis:gratia v̄o que in baptiſmo
confert̄ ordinat̄ ad vtrunq; effectū.s.purgationis ⁊ ope
rationis.3° quia gratia que in circūciſione dabatur erat
diminuta:q̄ nō ꝯferebat grām bonū meritoriū opandi
ſiue in merito ꝓficiendi:gratia aūt q̄ in baptiſmo ꝯfert̄

est pfecta q̄tū ad ista duo. Hec.b.Tho.iiij.scri.sen.dis.i. arti.iij.q.iij.⁊ Alex.iiij.pte sum.de efficacia circūcisiōis arti.[illegible] ⁊ in cor.q. Tertio baptismus est circūcisiōe pfectior i ablatiōe pene. Cui⁹ rō est: q2 ex pctō origiali ē duplex pena secuta.s. pena singularis: ⁊ pena gnāl. pena singularis ē infectio psone. pena generalꝭ est pena nāe q̄ est carentia visionis diue. Prima ergo pena singularis.s. infectio psone ex peccato originali illata ex circūcisione tollebatꝭ: inquātū circūcisio originalē culpā purgabat ⁊ animā ornabat: ⁊ dignū vita eterna faciebat. Sz scda pena .s. nature cōis oibus puta carentia visionis diuine nō tollebatꝭ: ⁊ iō dicitꝭ q circūcisio ianuā vite eterne non aperiebat. Hec.b.Tho.vbi.s.imediate.q.ii.in solu.iii.argu.

Quarto baptismus ē pfectior circūcisione in repñtatiōe passionis ⁊ resurrectōis dñice sepulture. qđ pbo sic: Tanto est pfectius sacramentū quantū euidentius ⁊ clarius mortē vel passionē ⁊ resurrectōem xpi repñtat. sed effusio sanguinis xpi in circūcisione nō ita repñtabat mortē ⁊ resurrectōem xpi sicut facit baptismus. qđ ptz: q2 in baptismo est īmersio in aqua ⁊ eleuatio ab aqua. Immersio i aqua significat imersionē xpi in morte. Eleuatio ab aqua significat resurrectōez xpi a morte. vñ aplūs ad Ro. vi. Cōsepulti sumus cū illo p baptismū in mortē. vbi dicit glo. q p imersionē ⁊ eleuatōem que fit cū aliqs baptizatur significat baptismus passionē ⁊ resurrectōem xpi. Hec Alex.

¶ Nota quo ordie ⁊ quo tpe baptism⁹ fuit institutus. CA.VIII.

a D maiorē tñ euidentiā ea pcedentia circa institutōem ⁊ obligatōem baptismi nota hic quattuor. Primū ē: q baptismus hoc ordine ⁊ mō incepit. p⁹ n. fuit institutus q̄tum ad materiā in baptismo xpi tūc.n. xps tactu sue sanctissime carnis vim regeneratiuā contulit aquis. 2⁹ baptism⁹ aliquo mō fuit pfiguratus quo ad formā p pñtiam triū psonaꝝ in signo visibili: q2 pater apparuit in voce filius in carne: spūssanctus in spē colūbe. Scdo etiā fuit pfiguratus q̄tū ad eius efficaciā: nā fructus baptismi fuit pfiguratus ibidē: q2 celi aperti sūt sup eum. 3⁹ baptismus fuit obligatorius quo ad nr̄am indigentiā que fuit declarata Joh.iij. vbi dixit: Nisi qs renatus fuerit ⁊c. Quarto fuit inchoatus ⁊ notificat⁹ quo ad obseruantiā.s. qñ misit discipulos ad pdicandū ⁊ baptizandū: vt ptz Math.x. 5⁹ fuit virtuosus ⁊ hoc in passione ex qua habuit efficaciā q̄tū ad effectū vltimū: q̄ est apertio celi. 6⁹ fuit diuulgatus quo ad nostraz de eo noticiā qñ ad oēs natōes eius diuulgatio ⁊ noticia facta est dicēte dño suis discipul. Math. vlt. Euntes docete oēs gentes baptizantes eos ⁊c. Hec.b.Tho.iiij.scri.sen.dis. iii.arti.v.q.ii.in cor.q. Scdm ē q baptism⁹ fuit institutus ante passionē ⁊ post passionē ⁊ resurrectōem xpi: sed ad aliū ⁊ ad aliū finē. Primo.n. ante passionē ⁊ resurrectōem xpi fuit institutus baptismus solū ad exercitādū ⁊ pparādū fideles ⁊ nō ad obligādū: i cui⁹ signū dñs iesus discipulos suos ad pdicādū ⁊ baptizandū misit: vt ptz Math.x. vñ tūc a tpe pdicatiōis xpi vsq3 ad passionē eius sacramēta noue legis sil' ocurrebant cū sacramētis legis antique: ⁊ vtraq3 ad salutē opabantꝭ. Hec beat⁹ Tho.iiij.scri.sen.dis.ij.arti.iiij.q.iii.in cor.q. Scdo post post passionē ⁊ resurrectōem xpi baptismus fuit institutus ad obligādū. ⁊ [illegible] post q̄ circūcisio mortua fuit. post q̄ paulus dicit ad gala.v. Si circūcidimini xps nihil vobis pderit. [illegible] poterat circūsio [illegible] ad salutē vñ tūc baptism⁹ fuit obligatorius post q̄ ad noticiā venit. ibidē in cor. q. Tertiū ē q baptism⁹ fuit obligatorius duobus modis q̄b⁹ modis innotuit.s. p cōsiliū et pceptū. Primo baptism⁹ fuit obligatorius qñ innotuit p cōsiliū: sicut Nichodemo qñ xps dixit ei Joh.iij. Nisi quis renatus fuerit denuo ⁊c. Scdo fuit obligatori⁹ qñ innotuit p pceptuz: sic illis quib⁹ innotuit p pdicatiōem aplo. Nā cōsiliū anteq̄ sit inspiratū: ⁊ pceptū anteq̄ sit diuulgatū nō obligat sed post. vñ Hugo de sancto vict. sic ait: Veritati ⁊ rōni cōsonū esse pbatꝭ ex eo vnūquēq3 obligari cepisse ad baptismū: ex quo p⁹ institutiōez pceptū vel ad institutōem cōsilii cepit baptizādi. q̄ n. nec prius otēptor cōsilij nec p⁹ puaricator pcepti extitit culpandus nō fuit: nisi forte quis aut prius aut postea ita ignorās fuisse dicatꝭ ad quē diue institutōis noticia puenisset nisi eius culpa obstitisset. Hec Alex.iiij.pte sum. d tēpore institutōis ⁊ obligatiōis baptismi: arti.ij.in cor.q.

Quarto quero hic duos casus. Prim⁹ ē: an si nō innotuit alicui institutio baptismi: vel q2 eēt in loco occulto vel remoto ⁊ nō baptizatus decederet dāņaretꝭ. Rñdetꝭ scdm Hugo. de sancto victo. q̄ sic dicit: Ego neminē puto talē ad quē nō puenerit de baptismo suscipiēdo mādatū: vel si forte ē talis puto eū audire ⁊ scire potuisse et debuisse si ei⁹ culpa nō obstitissz: maxie cū scriptura euidentē clamat: In oēm terrā exiuit son⁹ eoꝝ. ⁊ iō talis si decederet nō baptizatus dāņaretꝭ tanq̄ puaricator pcepti. Hec Alex. vbi.s. imediate in fine. Scdo casus ē. an puer q̄ nascitꝭ in deserto vbi nō pōt haberi aqua moriēs sine baptismo saluetꝭ in fide parētum. Rñdeo ⁊ dico: q talis nō saluaretꝭ in fide parentū. Cui⁹ rō est talis. Aliquis tribus modis pōt saluari. Uno mō p baptismi susceptōez .s. in actu vel affectu: scdm illud apli ad gala.iij. Oēs q̄ baptizati estis xpm induistis. Scdo mō p sanguinis effusionē pp xpm: q2 p hoc aliqs cōformatꝭ xpi passiōi a q⁹ baptism⁹ efficaciā hz. vñ dr de martyrib⁹ apocal.vij. Lauerunt stolas suas in sāguine agni. Tertio mō p fidē ⁊ dilectiōem p quā xps peccata purgat. vñ dicitꝭ puerbi.xv. Per misericordiā ⁊ fidē purgantꝭ peccata. ⁊ Act.xv. Fide purificans corda eoꝝ. Et sil' xps p fidē in cordib⁹ habitat: vt dr ad ephe.iij. Paruulus autē qui in deserto sic moritꝭ nullo hoꝝ modoꝝ baptizatꝭ ergo saluari non pōt. qđ ptz. Primo.n. talis nō pōt habere motū fidei ⁊ dilectionis: ⁊ sic nō pōt baptizari baptismo flaminis.i. otritōis: cū vsum rōnis nō habeat. Scdo talis vt supponitꝭ nō baptizatur baptismo sanguīs: pp quē aliquis non solū xpian⁹ sed etiam martyr efficitur: vt dicit Aug. de innocentib⁹. Tertio supponitꝭ q talis puer nō baptizatꝭ baptismo fluminis: ergo nō saluatꝭ in fide parentū: quia talis fides.s. parentū baptismū fluminis psupponit: ⁊ sic puer ille in deserto natus moriens sine baptismo non saluaretꝭ in fide parentū: vt dicit dñs Joh.iij. Nisi qs renatus fuerit ⁊c. Hec.b.Tho. vi.q.l.[illegible].q.iiij.in cor.q.

¶ Q2 circa tempus baptismi quinq3 cōsiderari oportet.

Secundo principalr circa baptismū CA.IX.

f cōsideranda est cōgruitas temporis. Ad sciēdum aūt quo tempe baptismus debeat celebrari cōsiderare debemus quinq3.s. quidditatem: necessitatem: solennitatē: iniquitatem: conformitatē. Primo debemus cōsiderare baptismi quidditatē siue substantiā ⁊ q̄tum ad baptismi substantiā non est aliqđ tps determinatū ad baptismū celebrandū: immo quolibet die ⁊ q̄libet hora pōt celebrari baptismus. Scdo possum⁹ considerare baptizandi necessitatē: ⁊ tunc necessitatis articulo iminente: nō debet tps aliqđ expectari: sed statim celebrari debet. vñ pueri pter imbecillitatē ⁊ infirmitatē tempis ad vitandā penā eterne damnatōis cum nō possint aliter liberari q̄ p baptismū: debēt sine mora aliqua baptizari nec tpa aliqua expectari sicut olim in adultis expectari solebat. Tertio possumus cōsiderare baptismi solennitatē: nā solēnis celebratio baptismi nō oī hora vl' tpe dz fieri: immo habet tps determinatū.s. duplex

sabbatū: pasce ⁊ penthecostes. Cuius rō est: qr baptism⁹ hz efficaciā ex duobus. s. ex passione xpi: ⁊ ex virtute spūs sancti. Primo hz efficaciā ex passione xpi cuius morti aliqs p baptismū cōfiguratꝰ quasi cōsepultus xpo in mortē vt dicit aplūs ad Ro. vi. ⁊ iō baptism⁹ solēniter celebratur in die sepulture xpi. s. in vigilia pasce. Scdo baptism⁹ efficaciā hz ex virtute spūssancti. ⁊ iō in vigilia spūssancti baptismus ab eccl'a solēniter celebratꝰ. Quarto possumus cōsiderare hereticoꝝ iniquitatē. Cūuis. n. xps in die epiphanie sit baptizatus: ⁊ in illa die p suū baptismū vim regeneratiuā cōtulerit aquis: nō tn̄ illa die sed duobus sabbatis supradictis baptismus debet potius celebrari. ⁊ hoc ad excludendū ⁊ extirpandū errorē quorundam qui dicebant nunq̄ baptismū posse cōferri nisi illa die qua dn̄s est baptizatus. Quinto possumus considerare nr̄i ad xpm cōformitatē: ⁊ sic nō oportet q baptismus in festo natiuitatis dn̄i celebretꝰ quasi p eius natiuitatē frēs eius efficiamur: vt quidā dixerunt: eo q nos nō efficimur frēs eius sm natiuitatē carnis: sed sm natiuitatē spūs. ⁊ iō potius tpibus supradictis debet baptismus solēniter celebrari ab eccl'a q̄ alijs tpibus supradictis pp rōnes pdictas. Hec. b. Tho. iiij. scri. sen. di. vj. ō ritu baptismi: arti. j. q. ij. in cor. q. ⁊ in solu. argu.

¶ Q quattuor sunt genera baptismi sm damas. ⁊ que.

CA. X.

Tertio principalr circa baptismū cōsideranda est varietas baptismatū. Nam sm damascenū quattuor sunt genera baptismatū. s. baptismus flumīs. i. aque: flamīs. i. pnie: in liguis igneis. i. spūssancti: ⁊ sanguis. i. martyrij pp xpm. que quattuor baptismata sumuntꝰ rōne quadruplicis purgatōis. Primo. n. est purgatio a culpa ⁊ pena satisfactoria. ⁊ sic ē baptismus fluminis. Secūdo est purgatio a culpa tm̄. ⁊ sic est baptismus flamīs. i. pnie. Tertio est purgatio a peccati sequela. ⁊ sic est baptismus in linguis igneis. s. spūssancti. Quarto est purgatio ab oī miseria. ⁊ sic est baptism⁹ sanguis. i. martyrij. Hec Alex. iiij. pte sum. de pluralitate baptismatū artic. ii. in fine. Secundo sup illo verbo ad Hebre. vi. Baptismatū doctrine. glo. dicit q tria sunt genera baptismatū. s. baptismus flumīs: flaminis. i. cōtritōis: ⁊ sanguinis. Est. n. baptismus in aqua: in pnia: ⁊ in sanguine martyrū. Et mgr̄ sen. hec tria allegat ⁊ ponit quarto li. di. iiij. Rō aūt istoꝝ triū baptismatū sm. b. Tho. ē ista: Nā baptismus dr̄ duob⁹ modis. s. pprie ⁊ metaphorice. Primo. n. baptismus dict⁹ pprie ē baptismus q celebratꝰ in aqua sub determiata forma verboꝝ: de quo dominus dicit Math. vlti. Euntes docete oēs gentes baptizantes eos ⁊c. Dicitꝰ aūt talis baptismus pprie baptismus: qr in eo est duplex ablutio. s. exterior corpis: ⁊ interior mentis. Scdo mō dr̄ baptismus metaphorice: et sic dr̄ eē baptismus flamīs ⁊ sanguīs: in quib⁹ est ablutō interior. s. mentis. ⁊ sic cōueniunt cū principali effectu baptismi aque: nō tn̄ est in eis ablutio exterior. pp qđ lz hec duo sint baptismata nō tn̄ sunt sacramenta: vt ca. se. patebit. Hec. b. Tho. iiij. scri. sen. di. iiij. de recipientib⁹ baptismū: arti. iij. q. j. in cor. q. Et idē dicit petr⁹ de tharā. ibidē

¶ Q baptismus aque differt ab alijs in quattuor.

CA. XI.

Ad maiorē tn̄ euidentiā pdictoꝝ que dicta sunt in ca. pcedē. nota hic duo. s. pdictoꝝ baptismatū differentiā: ⁊ peminentiā. Prio nota ipoꝝ differentiā. nam illa baptismata. s. fluminis et sanguinis differūt a baptismo flumīs quadrupliciter. s. ex pte dependentie: indigentie: cōtinētie: sufficientie. Primo ex pte dependētie: qr illa baptismata. s. flaminis. i. cōtritōis: ⁊ sanguinis. i. martyrij depēdēt a baptismo aque in pposito vel desiderio. qđ ptz. qr baptism⁹ flaminis ⁊ sanguis. i. pnie ⁊ martyrij nō valēt ad regeneratōez n. si ei q baptismū aq̄ in pposito vel desiderio hz. s. qn̄ articulus necessitatis nō cōtēptus religiōis sacramētū baptismi aq̄ excludit: vt dicit mgr̄ in lr̄a. ⁊ sic quodāmō. s. in pposito illa duo baptismata agūt in virtute baptismi aq̄: ibidē in solu. j. argu. Scdo differūt ex pte indigētie co q maioris necessitatis ē qđ ē necessariū absolute ⁊ simpliciter q̄ illud qđ ē necessariū cōditionate ⁊ sm qd. sz baptismus aq̄ in actu vel in pposito ē necessarius absolute. sed illa duo baptismata. s. flamīs ⁊ sanguīs solū sūt necessaria sub cōditōe. s. vbi baptism⁹ aque hri nō posset: g'rē. ibidē in solu. ij. argu. Tertio differūt ex pte cōtinentie qr baptismus aque duplicē virtutē cōtinet. s. virtutē in significando: ⁊ virtutē in causando vel efficiēdo. ⁊ pp hoc baptism⁹ aq̄ ē sacrm qđ hz significare ⁊ causare. sz illa duo baptismata. s. sanguīs ⁊ flamīs solū causant spūalē effectū in aīa. vn̄ nō sūt sacra sz baptismata: qr cōueniūt cū baptismo aq̄ solū in causando: nō aūt in significando: ibidē in solu. iij. arg. Re. infra Sacramētū. Quarto āt differūt ex pte sufficiētie: qr baptism⁹ aq̄ p se sufficit sine illis duob⁹. illa autē duo baptismata. s. flamīs ⁊ sanguīs nō sufficiūt sine baptismo aq̄ in actu vl in pposito. qđ ptz p⁹ ō baptismo flamīs. s. pnie. nā lz pnia sit sine baptismo aq̄ in actu: ē tn̄ cū pposito ⁊ desiderio baptismi aq̄. ⁊ voluntas p facto reputatꝰ ei q nō hz tps opandi: ibidē. q. ii. in cor. q. Et mgr̄ sen. dicit ibidē: q cōuersio vel cōtritio cordis pōt quidē inesse nō pcepto baptismo: sz cōtēpto baptismo nō [illegible] mō dicēda est cōuersio cordis ad deū cū dei sacramentū cōtēnitꝰ. Hec mgr̄ sen. li. iiij. di. iiij. Secūdo ptz hoc idē ō baptismo sanguīs: nā baptism⁹ aque sufficit ad salutē sine baptismo sanguīs. sz baptism⁹ sanguinis aliquo mō sufficit sine baptismo aq̄: ⁊ aliq⁹ mō nō sufficit. Ubi nota: q aliter se hz in puulis: ⁊ aliter in adultis: nā ⁊ puulis sufficit ad salutē baptismus sanguinis sine baptismo aque. qđ ptz: qr pueri q̄uis vsum liberi arbitrij nō habeāt: sz occidantꝰ p xpo: vt accidit innocentib⁹ Matth. ij. in suo sanguine baptizati saluantꝰ. sz in adultis baptismus sanguīs nō sufficit ad salutē simpliciter ⁊ absolute sine baptismo aque: sz solū sub cōditōe. s. in casu qn̄ articul⁹ necessitatis sacrm excludit. verbigratia Sicut. n. aliqs hn̄s fidē ⁊ charitatē voluerit baptizari et nō pōt necessitate pueniēs. supplet dī potentie benignitas qđ sacro defuerat. dū. n. soluere pōt nisi soluat tenetꝰ. sz cū iam nō pōt tn̄ ⁊ vult: nō imputat ei de⁹ q suā potentiā sacris nō alligauit. Silr baptismus sanguīs cū desiderio baptismi aq̄ in casu quo actu hri nō pōt sufficit ad salutē. Cui⁹ rō est: qr sicut in baptismo aque liberatꝰ homo ab oī culpa pcedente ⁊ pena: ita etiā in baptismo sanguinis: vt ptz de latrone crucis cui nō baptizato dictū ē a xpo: Hodie mecū eris in padiso. Ubi nota q ad cōpletū martyriū requiruntꝰ duo. s. iusta volūtas: ⁊ iusta causa Primū. s. iusta voluntas defuit in innocentib⁹ cū vsum liberi arbitrij nō haberent. Scdm. s. iusta cā defuit in latrone qđ ptz: eo q ille latro nec p noie xpi crucifixus ē: sed p meritis facinoꝝ suoꝝ [illegible] qr credidit passus est: sed dū patiꝰ credidit. vnde latro nō p passionē sed p fidē saluatus est sine baptismo. Sz dn̄s innocentibus suppleuit qđ defuit ex pte voluntatis: sicut in latrone suppleuit qđ deerat ex pte cause. pp qđ dicit hiero. q xps homicidij penā fecit esse martyriū. Hec mgr̄ sen. iiij. li. sen. di. iiij. ⁊ b. Tho. iiij. scri. sen. dist. iiij. de diuersitate baptismatū: arti. iij. q. iij. in cor. q. ⁊ in solu. j. argu.

¶ Quomodo baptismus vnus excellit aliū patet p effectus eorum.

CA. XII.

Secundo nota istorum trium baptismatū peminentiā. nā ista tria baptismata in pfectōe vel dignitate se hn̄t adinuicē sicut excedētia ⁊ excessa

q̃ ptz p effect⁹ baptiſmi. p̃m⁹ ẽ liberatio a malo. ſcḃo eſt
adeptio boni. Prim⁹ effectus ẽ liberatio a malo. ⁊ h̃ ẽ
triplex. p̃m⁹ ẽ liberatio a malo culpe. 2⁹ ẽ liberatio a ma
lo pene. tertius ẽ liberatio a malo ſequele. Prim⁹ effe
ctus baptiſmi eſt liberatio a malo culpe. ⁊ q̃tũ ad hunc
effectũ baptiſmus aque excedit alia baptiſmata extenſi
ue: tum q₂ plures pſonas liberat. ſ. puulos ⁊ adultos: tũ
quia a pluribus morbis vel culpis liberat. ſ. peccato ori-
ginali mortali ⁊ veniali. Baptiſmus aũt flaminis. ſ. con
tritõis nõ liberat niſi adultos: nec liberat niſi ab actuali.
Similiter baptiſmus ſanguinis paucos liberat. ſ. adul-
tos ⁊ ſolũ a veniali. Sed numq̃d baptiſmus ſanguĩs libe
rat a mortali? Dico q̃ nõ: q₂ p̃ſupponit charitatẽ: aliter
ad ſalutẽ nihil valeret. Ex alia võ pte baptiſmus flamĩs
reſpectu liberatõis a culpa ẽ melior vel pfectior alijs ex-
tenſiue: q₂ nõ tm̃ ſemel ſed pluries a culpa liberat. Se
cũdus effectus baptiſmi eſt liberatio a malo pene. Ubi
nota q̃ duplex eſt pena. ſ. pñs ⁊ ſequens. Primo di
co q̃ reſpectu pene p̃ñtis baptiſmus aque eſt melior ⁊ p
fectior alijs. Cuius rõ eſt: q₂ baptiſmus aque a pena li-
berat ſine pena: nõ aũt de alijs que continent in ſe penã.
Scḃo dico q̃ reſpectu pene ſequẽtis baptiſmus ſangui
nis eſt melior: q₂ liberat ab oĩ pena. Silr̃ baptiſmus flu-
minis eſt pfectior baptiſmo flaminis. i. cõtritõis. ⁊ ſpãli
ter q̃tũ ad duo. Primo q₂ baptiſmo flumĩs ⁊ ſanguĩs
tollit̃ oĩs pena: nõ aũt baptiſmo flaminis. Cuius rõ eſt:
q₂ cum baptiſmus a paſſione xp̃i eſt. cã q̃ h₃ eſt vniuer
ſale ſatiſfactoriũ ⁊ remediũ ad oẽm culpã ⁊ penã pſone
delendã. baptiſmus võ flaminis vel pñie eſt ſatiſfactori
us ex pte noſtra. ⁊ ideo ſicut cõtingit eſſe ex pte noſtra d̃
ↄtritõe plus ⁊ minus: ita de ſatiſfactõe. vñ fides cum pe
nitentia nõ delet ſimplr̃ ⁊ abſolute oẽm culpã ⁊ penam:
ſed pportionabiliter ſm̃ ↄtritõem cordis. Scḃo bapti-
ſmus fluminis excellit baptiſmũ flaminis: q₂ puuli ba-
ptizant̃ fide pentũ. Cuius rõ eſt triplex. Pria ẽ: q₂ ↄtri-
tio nõ eſt remediũ culpe originalis q̃ eſt baptiſmus. vñ
vbi nõ fuit delectatio in cõmiſſiõe: nõ requirit̃ dolor vl̃
pñia in remiſſiõe. Scḃa rõ ẽ: q₂ cõtritio nõ eſt remediũ
niſi pprij delicti. vñ ille diuina iuſticia puniri oʒ q̃ delecta
tus ẽ in pctõ. Tertia rõ eſt: q₂ ↄtritio nõ h₃ illã virtutẽ
impetrãdi quã h₃ fides: nã inter oẽs v̾tutes fides h₃ effi
caciã impetrãdi. Cui⁹ rõ eſt: q₂ fides captiuat ip̃m credẽ
tẽ: ĩmo annihilat ip̃m in ſe: ex quo efficit maxie potentẽ
in merito: pp̃ qḋ opatio miraculoꝝ ẽ merito fidei: mar-
ci. ix. Oĩa poſſibilia ſunt credẽti. Glo. Que in nõie Jeſu
xp̃i poſtulant̃. Igit̃ pp̃ efficaciã fidei merẽdi ⁊ impetrã
di fides vni⁹ põt alijs mereri ⁊ impetrare: nõ aũt ↄtritio:
q₂ ↄtritõe vnius nõ purgat̃ alius ſicut fide vni⁹ ſaluãt̃ alij
vt ptz de puulis ⁊ etiã de adultis in q̃buſdã. Hec Alexã.
iiij. pte ſum. de effectu baptiſmi reſpectu collatõis boni:
arti. j. in cor. q. in fine. Tertius effect⁹ baptiſmi ẽ libe-
ratio a malo ſequele: ⁊ ſicut q̃tũ ad hunc effectũ bapti-
ſmus ſanguĩs ẽ melior alijs: eo q̃ in baptiſmo vel p ba-
ptiſmũ ſanguis liberat̃ hõ ab oĩ miſeria. ſ. temtatiõe: cul-
pa: ⁊ pena. Unde Damaſ. dicit̃ q̃ baptiſm⁹ ſanguis ſcḋis nõ
inq̃nat̃ maculis. Rõ aũt q̃re baptiſm⁹ ſanguis ſcḋis non
inq̃nat̃ maculis nõ eſt rõe martyrij: q₂ hoc ↄtingit in oĩ
morte iuſti. ſ₃ hoc poti⁹ ẽ rõe qua p̃ ip̃m martyriũ termi
nat̃ ſtatus viatoris. Si aũt baptiſm⁹ flumĩs baptizatos
poneret extra ſtatũ viatoꝝ: ſilr̃ ſtatim introduceret in re
gnũ. vñ ſi baptiſm⁹ ſanguĩs extra ſtatũ viatoꝝ nõ pone-
ret: adhuc poſſet ſecũdis ſordib⁹ vl̃ macul inq̃nari. vt ptz
p exemplũ iohĩs euãgeliſte q̃ dr̃ paſſus martyriũ ĩmiſſi
one dolij feruẽtis olei q̃ nihilomin⁹ potuit ſcḋis macul̃
inq̃nari. ſ₃ p accidẽs ẽ q̃ baptiſm⁹ ſanguis non põt ſcḋis
maculis inq̃nari. ſ. rõne q̃ ponit hoĩem extra ſtatũ viato-
rũ. Hec Alex. iiij. pte ſũ. de p̄eminẽtia triũ baptiſmatũ:
arti. j. in cor. q. di. iiij. Scḃo effectus baptiſmi eſt colla
tio boni. Ubi nota q̃ baptiſm⁹ triplex bonũ ↄfert. Prĩo
.n. ↄfert bonũ qḋ ẽ principiũ merẽdi. ⁊ ſic baptiſmus aq̃
ẽ melior alijs: q₂ ↄfert grãm in habitu. Scḃo baptiſm⁹
ↄfert bonũ qḋ ẽ meritũ. ⁊ ſic baptiſmus flaminis eſt me
lior alijs: q₂ h₃ grãm in vſu. Tertio baptiſmus cõfert bo
nũ qḋ eſt p̄miũ: ⁊ ſic baptiſmus ſanguinis ẽ melior. Hec
petrus d̃ thará. iiij. ſcri. ſen. di. iiij. circa ſecũdũ pblema
arti. iij. in cor. q.

ℭ De compatõe baptiſmatũ. CA. XIII.

D maiorẽ tñ euidentiã p̄dictoꝝ p̄ceden. ca. nota
hic duo. Primũ eſt: q̃ baptiſm⁹ aque excedit
baptiſmũ ſanguĩs in duob⁹. Prĩo: q₂ baptiſm⁹
aque ẽ maioris efficacie ⁊ v̾tutis q̃ baptiſmus ſanguĩs
extẽſiue loquẽdo. Cui⁹ rõ eſt: q₂ maioris v̾tutis ⁊ boni-
tatis ẽ qḋ põt in bonos ⁊ malos: q̃ qḋ põt in bonos tm̃
ſ₃ baptiſmus aq̃ põt in bonos ⁊ malos. qḋ ptz: q₂ malos
ſimplr̃. ſ. exñtes in pctõ mortali ⁊ indignos vita etña effi
cit bonos ⁊ indignos vita eterna. baptiſmus võ ſanguis
.ſ. martyriũ ſolũmõ bonos efficit meliores: ẽ ⁊c̃. Scḃo
baptiſmus aq̃ eſt melior: q₂ excedit ſacramentalr̃ bapti-
ſmũ ſanguĩs: eo q̃ baptiſm⁹ aque ↄfert grãm gratis da-
tã. ſ. q₂ imp̃mit caracterẽ: ⁊ etiã ↄfert grãm gratũ faciẽtẽ
Ex alia võ pte baptiſm⁹ ſanguinis q̃tũ ad rẽ ſacramẽ-
ti excedit baptiſmum aque. ⁊ hoc in duobus. Primũ
eſt. q₂ grã que p baptiſmũ ſanguĩs ↄfert̃ ẽ plenior: in q̃n-
tũ grã magĩ auget̃ habẽti. Scḋm ẽ: q₂ grã q̃ p baptiſmũ
ſanguĩs ↄfert̃ eſt efficacior: q₂ ſecũdis maculis nõ inqui
nat̃ ⁊ ſic gratia ibi cõfert̃ pfecta. Hec Alex. vbi. ſ. Se
cundũ eſt: q̃ baptiſmus fluminis ⁊ ſanguĩs efficacie eq̃-
lis ſunt in duobus. Primo in remiſſione culpe: nam in
vno baptiſmo nõ fit plenior remiſſio q̃ in alio: eo q̃ vtẽ-
q₃ baptiſmus. i. fluminis ⁊ ſanguĩs oẽm culpã ⁊ penam
tollit. Secũdo in collatiõe gratie: q₂ in vtroq₃ baptiſmo
cõfert̃ gratia: q̃ primo ptz de baptiſmo flumĩs. ſecundo
idem de baptiſmo ſanguĩs ptz: in quo grã ↄfert̃: vt ptz ĩ
pueris qui p xp̃o occidunt̃ ⁊ etiã in adultis quib⁹ põt ĩ
ip̃o actu paſſionis gratia dari: ſicut etiã in baptiſmo aq̃
ſi ad eam ſe dipoſuerint: ⁊ ſpũiſancto obicem nõ poſue-
rint: qḋ ptz p beatũ Aug. qui ad fortunatũ de compatõe
iſtoꝝ baptiſmatũ loquẽs ſic dicit: Baptizatus cõfitet̃ fi
dem coram ſacerdote: martyr coram pſecutore. ille poſt
cõfeſſionẽ aſpergit̃ aqua: hic ſanguine. ille p impoſitio-
nem manus pontificis recipit ſpũſanctũ: hic templum
efficit̃ ſpũſancti. ſed nullus efficit̃ templũ ſpũſancti ni
ſi accipiendo grãm: ẽ puuli ⁊ adulti in baptiſmo ſangui
nis recipiunt grãm vt baptizati baptiſmo aque. Ter-
tiũ eſt q̃ in baptiſmo pñie ⁊ in alijs opibus ſupererogatio
nis nõ ita ẽ exp̃ſſa cõformitas ad paſſionẽ xp̃i: ſicut ĩ ba
ptiſmo ſanguĩs: ⁊ iõ nõ optet q̃ in eis cõis pena dimit-
tat̃ vt in baptiſmo flumĩs ⁊ ſanguĩs pp̃ virtutẽ paſſiõis
xp̃i a qua hec duo efficaciã habent. Scḃo forte argu-
es ↄ: q₂ in vitis patrũ dicit̃: q̃ quidã patrũ vidit eãdem
gloriã ſup eũ q̃ habitũ religionis aſſumit ⁊ ſup eũ qui
baptizat̃. Rñdeo ⁊ dico: q̃ hoc nõ eſt: q₂ talis. ſ. ingredi-
ens religionẽ vi religionis a ſatiſfactõe abſoluat̃: vt illa
duo baptiſmata faciunt. ſed q₂ eo ip̃o q̃ ſuam voluntatẽ
in ſeruitutẽ redigit propter deũ plenarie iam p oĩ pecca
to ſatiſfacit: eo q̃ voluntatẽ deus cariorẽ habet oĩb⁹ re-
bus mundi: de quib⁹ tñ poſſit quis dare q̃ elemoſynis
oĩa peccata redimeret etiã q̃tũ ad penã. Hec b. Tho. iiij
ſcrip. ſen. diſ. iiij. arti. iij. q. iij. in ſolu. iij. argumẽ. ⁊ q. iiij.
in cor. q̃onis.

ℭ Q primus effectus baptiſmi eſt remiſſio vel exclu-
ſio culpe. CA. XIIII.

Uarto et vltimo circa baptismū ɔſiderāda ē mul
q tiplicitas effectuū. Nam duplex eſt effectus ba
ptiſmi in generali. primus ē remotio mali. ſecū
dus eſt collatio boni. Prim⁹ effectus eſt remotio mali.
ꝛ qꝛ duplex eſt malū.ſ. culpe: ꝛ pene: ideo etiā remotōis
mali eſt duplex effectus baptiſmi. prim⁹ eſt remotio ma
li culpe: ſecūdus eſt remotio mali pene. Prim⁹ effect⁹
baptiſmi eſt remotio mali culpe. qđ dupliciter ꝑbo.ſ. in
generali de culpa: ꝛ in ſpāli de oī culpa. Primo.n. virtute
baptiſmi a que fit remotio vel excluſio culpe in generali
qđ tali rōe oſtēdo: Sicꝫ ſe hꝫ in generatōe naturali: ita gr̄a
in generatōe ſpūali q̄ eſt regeneratio mētis. ſꝫ in genera
tōe naturali ꝑ introductōem vni⁹ forme oīs ɔ̄ria forma
excludit ꝛ expellit: g̊ in regeneratōe ſpūali in vitā ſpūa
lē q̄ fit ꝑ baptiſmū ꝑ introductōez vel infuſionē gr̄e grāū fa
ciēti excludit forma ɔ̄ria gr̄e.ſ. culpa: g̊ ꝛc. Si vis for
mare aliā rōnē dicas ſic: gr̄a excludit culpā: vt ptꝫ infra
eadem.ſꝫ in baptiſmo nō ɔfert gr̄a: vt infra patebit: g̊ ꝛc. 2⁹
oſtēdo in ſpāli ꝙ baptiſm⁹ tollit ꝛ delet oēm culpā.ſ. cul
pā originalē: culpā actualē mortalē: ꝛ culpā actualē ve
nialē. Primo.n. baptiſmus tollit culpā originalē. qđ ta
li rōe ꝓbo: Baptiſm⁹ ē circūciſiōe ꝑfectior: vt patuit.ā.ꝛ
iō ſuccedit ei tāq̄ꝫ ꝑfectū iꝑfecto. ſꝫ circūciſio erat ī reme
diū ɔ̄ culpā originalē: g̊ multo ꝑfecti⁹ tale remediū ē ba
ptiſm⁹. Scđo baptiſm⁹ tollit culpā actualē mortalē. qđ
oſtēdo duplici rōne. Pr̄ia ē talis: Baptiſm⁹ ē ordinat⁹ ad
tollēdā culpā originalē: vt ptꝫ.ā. imediate. ſꝫ origīale nō
pōt tolli ſine actuali mortali in eo q̄ vtrūq̄ꝫ hꝫ: qꝛ ipiū eſt
a deo dimidiā ſꝑare veniā. quo baptiſm⁹ tollit et culpā
actualē mortalē. Scđa rō ē tal: Baptiſm⁹ nō ordiat tm̄
ɔ̄ culpā originalē: alias circūciſio in ꝑmitiua eccl'a bapti
ſmus neceſſari⁹ fuiſſet: ſꝫ ordiat ad regenerādū in nouā
vitā oī vetuſtate deſtructa. ſꝫ h̊ nō pōt fieri niſi deſtruē
do ꝑus oēm culpā quā inuenit. g̊ ꝛc. Tertio baptiſm⁹
tollit culpā actualē venialē. qđ tali rōe oſtēdo: Baptiſm⁹
nō ſolū tollit culpā mortalē vt ptꝫ: ſꝫ etiā oē illud qđ diſ
ponit ad priuatōez gr̄e quā ɔfert baptiſm⁹. ſꝫ culpa veia
lis diſponit ad ꝑuatōez gr̄e. g̊ cū in baptiſmo gr̄a ɔferat
baptiſm⁹ tollit oēm culpā actualē venialē quā inuenit.

Sꝫ forte argues ɔ̄.ſ. ꝙ baptiſm⁹ culpā venialē nō tol
lat tali rōe oſtēdo: Cōtritio de ſe ꝛ ꝑ ſe culpā veīalē delet.
g̊ baptiſm⁹ ad culpe deletōez venial' nihil facit. Rñdeo ꝛ
dico: ꝙ baptiſm⁹ req̊rit ɔ̄ritōez: nō q̄dē a deletiōe culpe
vel pcti venial' q̄ſi baptiſm⁹ hoc de ſe nō faciat: ſed ſolum
ad remouēdū fictionē q̄ ē ɔ̄ria diſpoſitio īpediēs effcm̄
baptiſmi: nō q̄dē ſimplr̄ ſꝫ q̄tū ad remiſſionē illius ve
nialis peccati. Cui⁹ rō ē: qꝛ.ſ. pctm̄ veniale qđ in actu vl'
in affectu vl' in ꝑpoſito ē facit fictū ſm̄ q̄d: ſicꝫ etiā ē pec
catū ſm̄ q̄d.ſ. vt diſpoſitio ad pctm̄. ꝛ iō impedit effectū
baptiſmi nō ſimplr̄: ſꝫ q̄tū ad remiſſionē illius venialis
peccati. vñ ptꝫ ꝙ virtute ſacramēti baptiſmi fit remiſſio
oīs culpe in generali ꝛ in ſpāli.ſ. culpe originalis: culpe
actualis mortalis: ꝛ culpe actualis venialis. qđ ɔfirmo
auctoritate bea. Aug. q̄ in encheridion ſic dicit: Baptiza
ti nō vni tm̄ peccato: ſed multis aut magis oībus moriū
tur: quecunq̄ꝫ iam ꝑpria cōmiſerunt vel cogitatōe vel lo
cutōe: vel oꝑe. Vide. b. Tho. iiij. ſcri. ſen. di. iiij. de effectu
baptiſmi reſpectu remotōis mali: arti. j. q. j. ī cor. q. ꝑ to.

¶ Qꝫ ſecundus effectus ē remotio oīs pene.ſ. eternalis:
ꝛ temporalis. CA. XV.

Ecundus effectus baptiſmi eſt remotio mali pe
ſ ne. nā virtute ſacramēti baptiſmi fit remotio pe
ne. Ubi nota ꝙ duplex eſt pena.ſ. eternalis. ꝛ
tp̄alis. Prima pena eſt eternalis.ſ. carentia viſiōis diue.
Scđa pena ē tp̄alis: ꝛ hec eſt duplex. Una eſt iniuncta ꝛ
aſſumpta.ſ. pena ſatiſfactoria tp̄alis debita actuali pecca
to. Alia eſt pena tp̄alis cōtracta: ꝛ he ſunt multe: de qui
bus patebit infra ſtatim. Primo ergo dico: ꝙ virtute
ſacramenti baptiſmi fit remiſſio pene eternalis.ſ. caren
tie viſiōis diue que ꝑ baptiſmū tollit. qđ ptꝫ: qꝛ ſi bapti
zatus morit virtute baptiſmi ſtatim ad celū euolat: ergo
baptiſm⁹ penā eternā tollit.ſ. carentiā viſionis dei. Sꝫ
forte dices ɔ̄: ꝙ baptiſmus inſtitutus fuit ante paſſionē
ſed tunc nō tollebat carentiā viſionis dei: qꝛ quotquot
baptizati erāt etiā baptiſmo xp̄i deſcēdebant ad limbū:
g̊ ꝛc. Rñdeo ꝛ dico: ꝙ baptiſm⁹ tollit carentiā viſionis
dei: ꝛ hanc virtutē hꝫ a paſſione xp̄i a qua baptiſmus hꝫ
totā virtutē ſuā. Qꝫ aūt ante paſſionē nō habuerit hunc
effectū. hoc erat qꝛ nondū fuerat noſtre redemptōis ſo
lutū ꝑciū. ſoluto aūt ꝑcio redemptōis ꝑ paſſionē: bapti
ſmus eſt ɔſecut⁹ effectū ſuū. Scđo dico: ꝙ baptiſmus
tollit oēm penā tp̄alē iniunctā ꝛ aſſumptā.ſ. oēm penā
ſatiſfactoriā tp̄alē debitā actuali mortali peccato. Cui⁹
rō duplex eſt. Prima ē: qꝛ baptiſmus q̄tū in ſe ē effica
ciā totā hꝫ a paſſione xp̄i: vt dictū eſt ſupra. ꝛ iō ſicut ca
put influit virtutē ſuā in mēbra: ita xp̄s totā efficaciam
paſſiōis ſue in baptizatū influit. ꝛ ꝓp hoc abſoluit nō ſo
lū ab omni culpa vt patuit capi. ꝑcedē. ſed etiā ab omni
pena ſatiſfactoria. Scđa rō eſt talis: ꝛ eſt ꝑ modū exēpli
ſic: Per baptiſmū homo incorꝑat xp̄o ꝛ efficit membꝝ
eius numero ꝛ merito. ꝛ iō pena quā xp̄s ſuſtinuit: repu
tatur illi in ſatiſfactōem: qꝛ ſi patit vnū membꝝ oīa mē
bra alia patiunt: vt dicit aplūs. j. ad Corinth. xij. g̊ bapti
ſmus tollit ꝛ abſoluit ab oī pena ſatiſfactoria debita pec
cato actuali mortali. Vide. b. Tho. iiij. ſcri. ſen. di. iiij. de ef
fectu baptiſmi qui ē remotio mali pene: arti. j. q. ij. ī cor.
q. ꝛ in ſolu. j. argu. Tertia pena tp̄alis eſt pena ɔtracta
quales ſūt pene corꝑis: vt fames: ſitis: mors: ꝛ h⁹mōi. ꝛ
pene aīe vt rebellio carnis ad ſpm̄ ꝛ ɔtrarietas appetitu
um. ꝛ has penas baptiſmus nō tollit. qđ tali rōne oſtēdo:
Sicut ſe habet de culpa ita etiam de pena que cōſequit
culpam. ſed baptiſmus tollit culpam originalē inquātū
eſt infectiua ꝑſone: nō tm̄ tollit eam inquantū eſt infecti
ua nature ꝑ actū generatōis. qđ patet ex hoc: qꝛ baptiza
tus ꝑ actū nature originale tranſmittit in ꝑlem. Similr̄
eſt de pena: qꝛ baptiſmus illam penā tollit que actū per
ſone priuabat.ſ. carentiā viſionis diuine: vt ptꝫ ſupra hoc
eodē capi. ſed penas que ad corruptōem nature ꝑtinent
baptiſm⁹ nō tollit. Si autē natura tolleret etiam omnes
pene naturā ɔſequentes remouerent. qđ patet ꝑ hoc: qꝛ
baptizatus euolat ad celū: qꝛ nulla pena debet ſibi rōne
ꝑſone: ſed rōne nature hūane que poſt mortē nō manet
ſm̄ hunc ſtatū in quo pena ſibi debet. Tm̄ ꝑ gr̄am bapti
ſmi efficit vt he remanētes nō dominent in ꝑſonā: ſed
magis ei ſubijciant ꝛ in vtilitatē eius cedant: inquantū
ſūt materia virtutis ꝛ occaſio humilitatis ꝛ exercicij: vbi
ſupra īmediate. q. iij. in cor. q. ꝛ in ſolu. iij. ꝛ. iiij. argu.
Si aūt querat quare baptiſm⁹ nō deleuit ꝛ abſtulit ſu
pradictas penas. Rñdeo ꝛ dico: ꝙ ꝓp octo rōnes hoc fa
cit. Prima ē: ꝙ etſi huiuſmodi pene ſint ꝑſonales ſūt tm̄
a natura. vñ debent ipis ꝑſonis rōne qua ſunt de maſſa
peccati ꝛ ꝑ cōſequens maledictōis ꝓp qđ remanente ꝑ
ſona in tali natura etiā remanēt tales pene. Secunda rō
eſt: quia tales pene faciūt hoīes cognoſcere miſeriā ſuā.
Iſaie. xxviij. Uexatio dabit intellectū. Tertia ē: quia ta
liū penarū cognitio deterret ꝛ a culpa auertit. ex quarū
ɔſideratōe Job dicebat: Terrores dn̄i militant ɔtra me.
Quarta eſt: qꝛ recognitio harū penarū eſt cā humilitatis:
Michee. vj. Humiliatio tua in medio tui. Quinta eſt ꝓ
pter exēplū nō peccandi: Zacha. xiij. Adam exēplū meū
ab adoleſcentia mea. Sexta eſt ꝓpter exercitiū virtutis:
Iudicū. iij. Hee ſunt generatiōes quas reliq̄t dn̄s vt eru

diret israel. Septima est: qz tales pene excitant ad desiderium celestiũ: Michee .ij. Surgite et abite: qz nõ habetis hic requiem. Et Isido. de sũmo bono: Soluto reatu pctĩ manet quedã tpalis pena vt illa vita ferventi⁹ queratur q̃ erit a penis oibus aliena. Octaua est: qz tollit occasionẽ erroris: ne credatur ablatio pene eẽ premiũ baptismi siue fructus et nõ vita eterna. Si autẽ queratur an pene mentis: puta ↄcupiscentia et rebellio carnis ad spũ: et ↄtrarietas appetituũ p baptismũ tollat͛: Rñdeo et dico: q ↄcupiscẽtia et pene h⁹mõi remanẽt post baptismũ tñ diminuunt͛ qz post baptismũ nõ dñant͛. vñ Aug. Cũ post baptismũ ad etatẽ puenerint ibi hñt cũ qua pugnent atqz adiuuãte deo superẽt si grãm inuacuũ nõ susceperũt. Hec Alex. iiij. pte sum. de effectu baptismi qui ẽ remotio mali pene: arti. j. et .ij. in cor. q.

¶ Q p baptismũ quattuor bona cõferunt͛. CA. XVI.

Secundus effectus baptismi ẽ collatio boni. et hoc est quadruplex .s. illuminatio: fecũdatio: incorporatio: et ianue apertio. Primus effect⁹ ẽ illuminatio. nã p baptismũ lumẽ spũale causat͛ in hoie. qd̃ dupliciter pbo .s. auctoritate: et silitudine. Primo auctoritate Damas. q̃ baptismũ diffiniẽs attribuit ei virtutẽ illuminatiuã dicens: Baptismus ẽ p quã fit nobis alterius vite regeneratio: sigillũ: custodia: et illuminatio. Ratio aũt quare hec quattuor attribuit baptismo est ista: nam p baptismũ quattuor bona cõsequimur. primo spũalẽ filiatõem. et q̃tũ ad hoc dicit q baptismus ẽ regeneratio. 2⁹ p baptismũ acquirim⁹ geniti ad generãtẽ assimilationẽ: et hoc p formã .i. grãm infusaz. et iõ dicit q baptism⁹ est sigillũ. 3⁹ p baptismũ acquirimus geniti cõseruatõez. et ideo dicit q baptismus ẽ custodia. 4⁹ p baptismũ acq̃rimus opatõem cuius forma .i. grã p baptismũ collata ẽ pncipiũ. et iõ dicit q baptismus ẽ illuminatio. Hec bea. Tho. iiij. sen. sen. di. iij. de integritate forme baptismi: arti. j. q. iiij. in expositõe lr̃e in fine. Secũdo q baptism⁹ sit lumẽ aĩe pbo silitudine luminis: qz sicut lumẽ corpale est quo dirigimur in visione alicuius rei: ita baptismus pfectius dirigit in visionẽ spũalem interiorẽ et exteriorem. Primo dirigit in visionẽ interiorẽ mentis: inquãtũ baptismus dicit͛ sacramentũ fidei que oculũ mentis ad visionẽ diuinorz idoneũ facit. Secũdo baptismus dirigit in visionẽ exteriorẽ: qz baptizatis cõcedit͛ inspicere sacrã eucharistiã et nõ alijs. Itaqz baptism⁹ hz duplicẽ virtutẽ illuminatiuã: vt pz vbi .s. di. iiij. de effectu baptismi respectu collatõis boni arti. ij. q. iij. in cor. q.

¶ Q secundus effectus baptismi est bonorũ operum fecundatio. CA. XVII.

Secũdus effectus baptismi est fecũdatio ↄ sterilitatẽ bonorz operũ quã nõ baptizatus incurrit qd̃ tripliciter pbo .s. auctoritate: rõne: et distinctõe. Primo auctoritate. Nã sup illo verbo psal. Sup aquã refectionis educauit me. glo. sic dicit: Aia peccatorz ariditate sterilis fecundat͛ p baptismũ. 2⁹ pbo rõne: q: sicut res naturalis ex eo q generat͛ habet q faciat opatões eius nature: ita hõ cum p baptismũ regenerat͛ in vitã spũalẽ p baptismũ efficit͛ actiue fecundus: et quasi genitor operũ spũaliũ. 3⁹ pbo hoc idẽ diuisione vel distinctiõe. nam in baptismo aia dupliciter fecũdat͛. vno mõ cũ virtutes non habentibus infundant͛. alio modo cum virtutes in habentib⁹ per baptismũ intendunt͛ et augmentant͛. Hec bea. Tho. iiij. sen. di. iiij. de effectu baptismi respectu collatõis boni arti. ij. q. iiij. arug. ↄtra: et in cor. q. et in solu. argu. ibidem.

¶ Q p baptismũ tria bona causantur. CA. XVIII.

Circa qd̃ sciẽdũ q p baptismũ tria bona causantur .s. gratie et virtutis infusio: grẽ et virtutis augmentatio: et alia et alia opatio. Primo .n. p baptismũ causat͛ in puulis grẽ et virtutis infusio. qd̃ duplr̃ probo .s. auctoritate et rõne. Primo auctoritate Aug. qui dicit: q fides dat͛ et nutrit͛ in baptismo. datur q̃tũ ad puulos nutrit͛ q̃tũ ad adultos. sed fides ẽ virtus: g virtus fidei et alie virtutes in baptismo dantur. 2⁹ hoc idem pbo rõne sic. Nullus admittit͛ ad gliam nisi vestẽ nuptialẽ habeat que est charitas. sed pueri baptizati si moriant͛ statim ad celi gloriã euolant: ergo hñt charitatẽ que est in gratia virtutũ: et p cõsequens hñt alias virtutes. Ubi nota q sicut est de veste materiali: ita et de spũali .s. de virtute. Sicut .n. actus vestis materialis ẽ duplex: vn⁹ essentialis .s. ornare corpus: et iste actus sp ↄuenit vesti. ali⁹ q̃si accidẽtalis .s. ptegere a nociuo extrinseco: et iste nõ semper ↄuenit vesti sed iuxta cõgruitatẽ loci et tpis. Simile est de veste spũali aie .s. de virtute. nam duplex est actus virtutis. Primus est pficere aiam et potẽtias eius. et hũc actũ etiã pueri hñt. Secũdus actus virtutis est opari cũ electõe: et hunc actũ nõ habent pueri. et hoc duplici rõne. Prima est: qz lz pueris dentur gratie et virtutes fm habitũ: tñ illi habit⁹ ppter puericiã sunt ligati: sicut in dormiente ppter somnũ. sed puericia discedẽte habitus illi seu virtutes ad bene opandũ bene inclinant. nisi aliquis spũisancto resistat. Scd̃a rõ est: quia opatões virtutũ sũt voluntarie et voluntas nõ habet necesse semp agere etiã in adultis vbi supra imediate arti. ij. q. j. in duobus argu. cõtra: et in cor. q. in fine. et in solu. iij. argu. ibidẽ. Scd̃o dico: q in adultis virtute baptismi fit grẽ et virtutis intẽsio vel augmẽtatio. qd̃ tali rõe oñdo: Per easdẽ cãs virtus generat͛ et auget͛ vt dicit phs. ij. ethi. vñ qz baptism⁹ cõfert grãm puulis nõ habentib⁹ opoztet q augeat grãz in adultis hñtibus. Sed forte queres et dices: vsqz ad quẽ terminũ quãtitatis baptismus auget grãm in adultis: Rñdeo et dico: q aliter est de quãtitate rei corpalis et spũalis: nã quãtitas rei corpalis hz terminũ vltra quẽ nõ põt ptingere: sicut patet de quantitate arboris a[n]i[m]alis cuiuslibet rei corpalis vel naturalis. sed res supnatural͛ et spũalis vt est grã nõ habet aliquẽ terminũ ad quẽ pertingat vt vltra possit ptingere vel pcedere: ibidez. q. ij. in cor. q. et in solu. ij. argu. Tertio dico: q in adultis virtute baptismi creat͛ varia .i. alia et alia opatio. Si .n. queratur an effectus baptismi in oibus sit equalis. Rñdeo et dico q quadruplex est effectus baptismi. primus est impressio caracteris: et hic in omnib⁹ est equalis. secũdus ẽ infusio muneris .s. diuine gratie: et hic in puulis ẽ equal͛. in adultis võ est differẽs fm maiorẽ et minorẽ dispositõem et deuotõem suscipientis. Tertius effectus ẽ restitutio innocentie et puritatis: et hic penes terminũ a quo põt esse inequalis: sed penes terminũ ad quẽ sp ẽ equalis: qz lz ab inequali impuritate: tñ ad equalẽ puritatem restituit. Quartus effectus baptismi est repressio fomitis vel ↄcupiscentie: et q̃tũ ad hunc effectũ est inequalis Hec Petrus de tharen. iiij. sen. sen. di. iiij. circa tertium pbreuma: arti. iij. q. ij. in cor. q. et sanctus Tho. ibidẽ.

¶ Q tertius effect⁹ baptismi ẽ incorpatio. CA. XVIII

Tertius effectus baptismi ẽ incorpatio. Ubi nota: q incorpari xpo idẽ est q fieri membz xpi. sed p baptismũ aliquis efficit͛ membz xpi vt dicit beatus Aug. ad bonifaciũ: g et cẽ. incorpari aũt xpo .i. fieri membz xpi ↄtingit dupliciter .s. merito: et numero. Primo quidẽ mõ põt aliquis de ecclia effici et xpi mẽbrũ fieri qd̃ est xpo incorpari: merito etiã añ baptismuz actu susceptũ: sed nõ ante baptismi ppositũ. Scd̃o mõ .s. numero nõ põt aliquis de ecclia effici et xpi mẽbz fieri nisi p baptismũ actu susceptũ. vñ aliquis añ baptismũ actu susceptũ nõ admittit͛ ad pceptõez eucharistie et alio

rum sacramētoꝝ ecclesie.nā sacramēta ecclesie nulli non baptizato cōferri debēt. Dec.b.Tho.iiij.scri.sen.dist.iiij. de effectu baptismi q̄ ē collatio boni:arti.ij.q.v.arg.contra: t in cor.q.ibidē per totū.

¶ Qꝫ quart⁹ effect⁹ baptismi ē celi aptio. t nota q̄ impedimētū ingressus ī regnū celeste triplex ē. CA.XX.

q Uartus t vltim⁹ effectus baptismi ē celi aptio. Cuius rō est: qꝛ in hoc differebat circumcisio a baptismo: q̄ aditꝰ regni celestis nō apiebat vt facit baptism⁹. Ad cui⁹ euidentiā nota tria.s.impedimentū: effectiuū: t modū aptionis celi. Prīo nota impedimētū aptionis celi.nā impedimētū ingressus ī regnū celeste ē triplex.s.deformatio imaginis: offensio creatoris: corruptio vel mortalitas ex pte corpis. Primum impedimētū aptionis celi t ingressus in celū est deformatio diuine imaginis ex pte aīe: t hoc impedimentum tollit̄ p baptismū quo aīa reformat̄ excludēdo culpā et ornādo animā virtutib⁹ t gr̄a. Scōm impedimētū ē offensio creatoris: t p̄ cōns creaturaꝝ: qđ impedimētum amotū fuit ī christi passione qn̄ christ⁹ placauit offensā patri pie moriēdo: quē ꝓuocauerāt p̄mi parētes impie viuēdo.vn̄ christ⁹ moriēdo satisfecit ꝓ pctō primoꝝ parentū t offensā dei placauit.vn̄ Apl's ad Collos.j.sic ait: Pacificās p sanguinē crucis ei⁹ siue q̄ in celis siue q̄ in terris sunt.vbi glo.sic dicit: Pacificauit p mortē crucis celestia t terrestria. Tertiū impedimētū est corruptio siue mortalitas ex pte corpis: Hester.iiij. Nō erat licitum indutū sacco.i.corpe corruptibili t mortali intrare aulā regiā.vn̄.j.ad Corinth.xv. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē: t hoc mortale induere immortalitatē. Et hoc impedimētū amotū est in christi resurrectione: q̄ est cā exemplaris t effectiua nostre salutis t resurrectionis generalis t sp̄ualis.vn̄ Aplus.j.ad Chorin.xv. Si christ⁹ resurrexit: t nos resurgem⁹. Scđo nota effectiuū aptionis celi t ingressus in celū.nā effectiuū aptionis celi ē duplex.s.p̄ncipale: t instrumētale. Principale ē passio christi. Cui⁹ ratio ē: qꝛ apire ianuā celi nihil aliud q̄̄ amouere impedimētū quo ingressus ad regnū celeste ꝓhibebat̄ toti humane nature. Hoc impedimentū dupliciē fuit p passionē christi amotū.vno mō sufficienter q̄̄tū ad oēs: eo q̄ christi passio fuit sufficiēs cā aptionis ianue celi.scđo mō efficiēter: q̄̄tū ad illos q̄ sunt t fuerūt pticipes passionis christi iā facte. Scōm effectiuū aptionis ianue celi ē instrumētale: t sic baptism⁹ instrumētaliter apit celū.s.in virtute passionis christi iam facte.vn̄ baptism⁹ ante passionē christi ianuā celi n̄ aperiebat sed post. Cui⁹ rō est: qꝛ instrumentū nūq̄̄ agit nisi ī virtute p̄ncipalis agētis vn̄ qꝛ christi passio nondum facta erat: iō baptism⁹ ianuā celi nō apiebat: sed passione facta: ita q̄ baptism⁹ apit paradisum vt instrumentū in virtute passionis: resurrectiōis: ascēsionis christi. Primo paradisum apit baptism⁹ in vtute passiōis.qđ pꝫ: qꝛ p immersionē baptism⁹ apit paradisum ī virtute passionis: qꝛ quodāmō hō cōfigurat̄ christo passo t sic cōsepelitur ei. Pꝫ etiā q̄ baptism⁹ apit paradisum virtute resurrectiōis. t h̄ q̄̄tū ad nitorē q̄ cōsurgit ex aqua baptismi quo nitore hō cōfigurat̄ christo resurgēti. Patet etiā q̄ baptism⁹ agit in virtute ascēsionis: nā p eleuationē baptizati de sacro fonte hō cōfigurat̄ christo ascendenti.tn̄ baptism⁹ passioni appropriat̄: qꝛ enī gloria aīe p̄ncipalior ē t causa quodāmō alioꝝ: in cui⁹ signū baptizato domino celi apti sūt sup eū: Matth.iij. Tertio nota modū aptionis ianue celi.nā ianua regni ē trib⁹ modis apta.vno mō q̄̄tū ad gloriā aīe: t sic ianua celi apta ē ī passione.vn̄ dictū est latroni tūc Luce.xxiij. Hodie mecū eris in paradiso.2⁹ mō ianua celi ē apta q̄̄tū ad gloriā corporis: t sic apta ē in resurrectiōe.3⁹ mō ianua celi apta ē q̄̄tum ad locū glorie: t sic apta ē in ascēsione. Patet igitur q̄ baptism⁹ agit ī virtute passionis resurrectiōis t ascensionis christi.tāq̄̄ instrumētū agit in virtute p̄ncipalis agentis. Uel dicas q̄ ianua celi apta fuit quattuor modis.s.p prefigurationē: p precij solutionē: p stole scđe receptionē: p christi actualē imitationē. Prīo ianua celi fuit apta p prefigurationē: sic fuit apta in baptismo. et hoc duplici rōne. Pria est ad signandū q̄ christ⁹ per baptismū apiebat nobis ianuā celi.vn̄ sup illo vbo Matthei.iij. Baptizato dn̄o celi apti sunt sup eū. Beda sic dicit: Dū aquas iordanis subijt: ianuā celi nobis apuit. id est aperiendā p baptismum nobis ostēdit. Scđa rō est ad ostēdendū virtutē baptismi.nā in baptismo christi ianua celi fuit apta: qꝛ tūc fuit collata aquis virt⁹ regeneratiua que virt⁹ inquātū habet efficaciā in baptizato regenerato ex passiōe christi apit illi ianuā celi. 2⁹ ianua celi fuit apta p precij solutionē: t sic apta fuit ī passione.tūc enim christ⁹ seipm dedit t soluit quasi preciū hoīs pditi ꝓ solutiōe t redēptione ipsi⁹: qua solutiōe vel redēptione facta placata fuit offensa dei: t sic patuit ingressus in paradisum.3⁹ ianua celi fuit apta p stole scđe receptionē. t sic in resurrectiōe christi fuit apta: vt pꝫ.s.4⁹ ianua celi apta fuit p christi actualē imitationem: t hoc in ascēsione fuit.ingresso enī christo actualit̄ celum: ingresse sunt aīe paradisū. Dec.b.Tho.iiij.scri.sen.dist.iiij.de effectu baptismi q̄ est collatio boni: arti.ij.q.vi.in cor.q.t in so.argu.ibidē. Et iterū Alex.iiij.pte sūme de effectu baptismi qui ē collatio boni: arti.vi.in cor.q.p totum.

¶ Qꝫ btitudo nō cōsistit ī delectatiōib⁹ corpis. CA.I.

b Eatitudo in voluptatibus corpis. Qꝫ btitudo nō cōsistat in delectationib⁹ corpis: vt dixerūt quidā: ꝓbo triplici rōne.pma ē: qꝛ btitudo mentē eleuat in cōtēplatione.scđa est: qꝛ btitudo mentē nobilitat in cōiūctione.tertia ē: qꝛ btitudo mētem satiat ī fruitione: q̄ tria impedit t excludit voluptas corpis. Primo enī btitudo mentē eleuat in cōtēplatione: ex quo rōem sic formo: In illo ē ponēda btitudo per qđ aīa attingit ad deū.sed aīa ad deū attingit p cōtēplationē quā inter oīa vitia magꝭ impedit delectatio carnis. ita dicit Aug.j.de trini. Contēplatio ē illa species q̄ omnem aīam rapit desiderio sui: q̄ tāto ardētior est quanto mūdior: t tāto mūdior quanto ad sp̄ualia surgit: t tanto ad sp̄ualia surgit quāto a carnalib⁹ desiderijs t terrenis affectib⁹ morit̄. Ubi nota: q̄ p cōtemplationē causant̄ sp̄aliter tria bona.s.q̄ deo appropinquat̄: intellect⁹ pficitur: de⁹ attingit̄.p⁹ enī per cōtēplationē deo appropinq̄tur: eo q̄ cōtēplatio est quidā motus vel quidā ascensus mētis in deū.sed p delectationē carnis mēs elongatur a deo.2⁹ p cōtēplationē intellect⁹ perficit̄. Cui⁹ ratio ē: qꝛ ꝓpria opatio rei ē pfectio rei.intelligere autē t cōtemplari ē ꝓpria opatio intellect⁹: ergo ē pfectio intellect⁹. sed p delectationē carnis impedit̄ iudiciū intellect⁹: nā delectatiōes sensibiles vehemētes quales sūt carnales maxime obnubilāt rōem.3⁹ p cōtemplationē de⁹ attingitur. Cui⁹ rō est: qꝛ aliqs cōiungit̄ rei p hoc q̄ ad substātiam rei attingit.sed p opationē intellectus.s.p intelligere hō ptingit ad cognoscendū essentiā dei: q̄ t̄c. Attingere autem mēte ad deū est magna btitudo.sed p delectationē carnalē mēs impedit̄ in sua opatione: t p cōns diuina visione priuat̄. Dec.b.Tho.cōtra gētiles li.iij.ca.xxv.j.t.ij. rōe. Scđo p̄ncipaliter btitudo nō cōsistit in delectationibus carnis: eo q̄ btitudo mentē nobilitat in cōiunctione. Ubi nota. q̄ btitudo habet nobilitare mentē ex trib⁹

tam simplices q̄ sapiētes teneant̄ circūstātias cōfiteri.
Et Petr⁹ de tharā. iiij. scrip. sen. dist. xvij. arg. iiij. q. ij. in
cor. q. Sed forte argues in oppositū. s. q͛ nō oēs circū
stantie pctm̄ aggrauātes ⁊ i aliaꝫ speciē pctī trahētes sūt
ↄfitende triplici rōe. Pria rō est talis: Illud qō pp chari
tatē est institutū cōtra charitatē obseruari nō debet. sed
cōfessio ē instituta pp charitatē ⁊ vtilitatē: ꝑ cōtra chari
tatē obseruari nō debet. sed ex ↄfessione circūstantiaruꝫ
orit̄ scandalū primi: ꝑ solū pctm̄ debet ↄfiteri ⁊ circum
stātie pctōꝝ taceri: cū ex ↄfessione circūstantiaꝝ prim⁹
scādalizet̄: ⁊ ita fit cōtra charitatē. Qꝫ autēꝫ ex ↄfessiōe
circūstantiaꝝ oriat̄ scandalū primi pbo quattuor casi/
bus. Prim⁹ est qn̄ aliq̄s interfecit fratrē suū q̄ erat frat̄
sacerdotis. Secūdus casus ē: si ↄfitēs cognouit vel ↄgna
tam vel neptē suā vel cōsanguineā q̄ erat cognata vel ne/
ptis vel ↄsanguinea sacerdotis. In his eni duob⁹ casib⁹
circūstātias ↄsanguinitatis nō debet aliq̄s ↄfiteri pp vi
tandū primi scandalū. Terti⁹ casus ē si sacerdos ē lubri
cus ⁊ ad luxuriā puocet̄ audiēdo circūstātias pctōꝝ.
Quart⁹ casus ē: si sacerdos sit solit⁹ reuelare ↄfessiones.
Rn̄deo ⁊ dico: q͛ in p̄dictis casib⁹ debet penitēs tria
facere. p͛° eni debet licentiā petere a pprio sacerdote cō
fitēdi alteri sacerdoti cui ↄfiteat̄ oīa pctā sua ⁊ circūstā
tias pctōꝝ. ⁊ si licentiā nō dederit debet ad supiorē recur
rere. s. vel ad penitētiariū epī: vel ad epm̄ vel ad aliuꝫ cui
ↄmiserit: cui licētia obtēta ↄfiteat̄. Si autē circūstantie
pticulares pctī carnalis nō ↄferūt nouā speciē pctī mor
talis: qn̄q꞉ laudabilit̄ reticent̄: qn̄q꞉ laudabilit̄ dicūtur:
adhibita debita discretiōe fm̄ considerationē turpitudi
nis circūstantie: ⁊ pnitatē inclinatiōis ad pctm̄ ex eius
ↄfessione in ipo ↄfitēte vel sacerdote. ⁊ hoc ē scd̄m qō pe
nitēs debet facere. 3° penitēs debet quantū pōt famam
alteri⁹ custodire: sed ↄsciētiā magis debet purgare. ⁊ iō
si circūstātia que ducit in ↄgnitionē psone sit de necessi
tate ↄfessionis. s. q͛ in aliā speciē pctī mortalis trahat: tūc
debet ↄfiteri occultādo psonā quantū pōt. Si aūt nō sit
de necessitate ↄfessionis. s. q͛ circūstātie pticulares pctī
carnalis vel alteri⁹ nō cōferāt nouā speciē pctī. s. morta
lis: tunc debet dimittere ne pctm̄ alteri⁹ pdat. Dec beat⁹
Tho. iiij. scrip. sen. dist. xvj. de circūstātijs: arti. ij. q. v. vtrū
oēs circūstantie sint ↄfitende. in solu. i. ij. ⁊ v. arg. Et alex
ander. iiij. pte sum. q. cclxiiij. eo. titu. in cor. q. Scd̄o q͛
circūstantie pctōꝝ nō sint ↄfitēde pbo alia rōe sic: Illud
qō nō est de essentia actus pctī nō est ↄfitendū. sed circū
stantie nō sunt de essentia actus pctī. qō p꞉: q꞉ circūstan/
tie sunt quasi extra actū vel essentiā existēs: vt p꞉. capi. s.
lꝫ pctm̄ sit cōfitendū: nō tn̄ videt̄ q͛ circūstantie sint cōfi
tende. Rn̄deo trib⁹ modis. p͛° q꞉ lꝫ circūstantie nō sint
de substātia actus pctī sicut nomē sonat: sūt tn̄ de defor/
mitate vel de deordinatiōe actus pctī. vn̄ q꞉ circūstantie
habēt deformare ⁊ deordinare actū pctī: iō sunt ↄfitēde.
2° rn̄deo ⁊ dico: q͛ lꝫ circūstantie nō circūstent pctm̄ vt ē
pctm̄: circūstant tn̄ pctm̄ vt pctm̄ est tātū. vn̄ q꞉ iudican/
dū est de pctō nō solū vt est pctm̄ sed vt ē quantū: necesse
est vt fiat iudiciū de pctō put est circūstātiatū. 3° rn̄deo
⁊ dico: q͛ posito q͛ circūstantie speciē pctī nō mutent: tn̄
augēt libidinē ⁊ ↄtemptū: ⁊ iō sunt ↄfitēde. Dec Alexan
der vbi. s. immediate. Tertio q͛ circūstantie non sint
ↄfitende pbo alia rōne sic: Illud nō tenemur ↄfiteri qō
nō precipit̄. sed in sacro canone vbi expsse precipitur q͛
oēs fideles cōfiteant̄ pctā sua nō precipit̄ q͛ ↄfiteantur
circūstantie pctōꝝ: ꝑ solū pctā tenemur ↄfiteri ⁊ nō circū
stantias pctōꝝ. Rn̄deo duob⁹ modis. p͛° q͛ in sacro ca/
none nō precipit̄ ↄfessio circūstantiaꝝ sicut ↄfessio pctō
rum. Cui⁹ rō est: q꞉ ⁊ si vtrūq꞉. s. pctm̄ ⁊ circūstantie a deo
deordinet pctōrem: tn̄ illud qō principaliter ⁊ p se deordi
nat ⁊ auertit pctōrem a deo ⁊ dānificat ecclesiā est gen⁹
pctī. circūstantie autē pctōrem deordināt ↄsequēter: ⁊ iō vni
uersaliter tenent̄ oēs ad ↄfitendū pctā: nō autēꝫ similit̄
ad ↄfitendū circūstātias. 2° mō rn̄deo ⁊ dico: q͛ lꝫ ī nul
lo loco canonis sacre scripture precipiat̄ ↄfessio circum/
stātiaꝝ: sicut ⁊ ↄfessio pctōꝝ fortasse pp rōem p̄dictā: in/
sinuat̄ tn̄ ↄfessio circūstantiaꝝ tā in lege veteri q̄ in lege
noua: vt cap. seq. dicet̄. ℭ Qꝫ oēs circūstātie taꝫ in
lege veteri q̄ in noua ↄfitēde insinuant̄. CA. V.

D maiorē tn̄ euidentiā precedētis cap. est scien/
a dū: q͛ ↄfessio circūstantiaꝝ tā in lege veteri q̄ in
noua insinuat̄. qō de singulis pbo. p͛° eni circū
stātia q̄d. s. criminis p̄cipit̄: Leui. iiij. vbi precipit̄ sacer/
doti q͛ offerat vitulū hircū ⁊ caprā p diuersis pctis. Re.
infra Sacrificiū. 2° circūstantia psone insinuat̄. Diere.
xj. Quid est q͛ dilect⁹ meus fecit scelera multa in domo
mea. In quo verbo insinuat̄ circūstantia triplex. s. p̄ ...

palis agētis: opis: ⁊ loci. Tertio circūstantia cur. i. finis tangit Matth. v. vbi finis mali intēti phibet cū dicit: Cū facis elemosynā noli tuba canere ante te. Nam tales receperūt mercedē suā. Et ppter hoc apostolꝰ pma ad Corinth. x. de intētione finis boni loquēs ait: Omnia in gloriam dei facite. Quarto circūstantia status tangit scda pe. ij. Meliꝰ erat illis viā veritatis nō cognoscē q̄ȝ post agnitā retrorsum cōuerti. vñ ceteris paribꝰ plus peccat q̄ plꝰ cognoscit ⁊ q̄ plus tenet pctm̄ vitare. Quinto circūstantia dignitatis psone exprimit Johis. iij. Tu es magister in israel ⁊ hec ignoras? q. d. Ignorātia plus est culpabilis ī magistro q̄ȝ in discipulo vel in nō magistro. Sexto circumstantia tpis tangit. Marci. ix. vbi dñs interrogauit patrē lunatici quātū tpis est ex quo ei h̄ accidit. Septimo circūstātia loci exprimit Matth. xxi. ⁊ Joh. ii. vbi dicit: q dñs eiecit vendētes ⁊ ementes de tēplo vbi nō licebat talia facere cū esset domus orationis. Predictas autē circūstātias assignat Nathan ppheta in accusatione dauid scdi Reg cap. xii. Et pmo tangit circūstātiā psone: ibi Tu es ille vir. 2° circumstantiā status: ibi Ego vnxi te in regē ⁊c. 3° circūstantiā criminis ppetrati ibi Quare ḡ cōtēpsisti verbū dñi et faceres mala in cōspectu meo. vriā etheū pcussisti gladio. 4° tangit circūstātiā finis: ibi Et vxorē illius accepisti tibi in vxorē. i. hoc fine interfecisti eū vt acciperes vxorē eius in vxorē tuā. 5° tangit circūstantiā modi sub qua intelligit locus ⁊ tempus: ibi Interfecisti eū gladio filioꝝ amā in tempe belli ⁊ in loco certamīs ⁊ nō veneno vł gladio tuo sed gladio alieno. s. filioꝝ aman. Et iō. b. Aug. numerat has septem. circūstantias sm̄ q̄ a penitēte cōsiderāde sunt ⁊ cōfitēde. Docet enī. b. Aug. in lib. de penitētia agēda pctōrem qui de suis pctīs dolere debet septē circūstantias supiꝰ enumeratas cōsiderare ⁊ cōfiteri dicēs: Consideret peccator q̄ vult misericordiā inuenire magnitudinē peccatoꝝ suoꝝ septē modis ⁊ circūstātijs. Et pmo motiuū vel finē. s. cur peccauit: q2 nulla tētatione vel modica preuētus peccauit. Sunt enī q̄ nō solū vincunt sed vltro offerūt se peccato: nec expectāt tētationē: sed preueniūt voluptatē. et ideo tollit ōis excusationis occasio: q̄ȝuis enī pugna vel tētatio que ē ab hoste non sit in ptāte nostra: tñ resistere vel nō resistere tētationi ē in ptāte nostra. ⁊ iō ex pcedenti tētatione peccati circūstātia sumi debet. 2° peccator cōfitens cōsideret eius statū. s. cuiꝰ etatis: cuiꝰ sexus: cuius sapiētie: cuiꝰ ordinis: cuiꝰ cōditionis: cuius pfectiōis. nā magnitudo psone respectu oīm pdictorū auget pctm̄. vñ Aug. ibidē subdit: Ingratꝰ enī extitit q̄ plenꝰ virtutibꝰ oīo non timuit. In hoc enī q̄sq3 peccator fit culpabilior quo ē deo acceptior: ideo enī adā plus peccauit: q2 oī bono abūdauit. 3° cōsideret q̄d amisit. nā ⁊ malū fecit. ⁊ bonum 'pōte amisit. vñ subdit: Dolendū est enī non solū q2 peccauit: sed etiā q2 se virtute priuauit. 4° cōsideret penitēs peccādi modū. s. q̄ȝ delectabiliter ⁊ q̄ȝ turpiter peccauit: q2 sm̄ modū meretricis: ⁊ q̄ȝ psēuerāter peccauit ⁊ quantū ⁊ quotiēs iterauit. Qui enī aliq̄s diu in pctō permāsit reinficit cōditionē actꝰ. nā talis duplex pctm̄ cōmisit. s. pctm̄ trāsgressionis: ⁊ omissionis. primo pctm̄ transgressionis: q2 frequēter pctm̄ iterauit vel cōtinuauit. scdo pctm̄ omissionis: q2 penitere distulit de pctō etiā semel cōmisso. Quinto cōsideret circa quid peccauit ⁊ defleat quoniā offendēs in vno factꝰ est oīm reus: Jacobi. ij. Sexto cōsideret qñ peccauit. s. tempꝰ deuotū puta si tēpore orationi cōstituto: vt sūt festiuitates ⁊ tpa ieiunij. Septimo cōsideret locū in quo peccauit. s. in loco sacro. His circūstantijs ⁊ cōditionibꝰ peccatoꝝ cōsideratis peccator penitēs ponat se oīo in iudicio ⁊ ptāte sacerdotis nihil sui iuris reseruās sibi: vt oīa eo iubēte paratꝰ sit facere p recupanda vita aīe que faceret p vitanda corpis morte. cū gaudio enī facere debet īmortalis futurꝰ: que faceret p differēda morte moriturꝰ. Hec Aug. in lib. de penitētia agēda. Et magister sen. allegat. iiij. lib. dist. xvi. Et beatus Tho. iiij. scri. sen. dist. xvi. de circūstātijs: arti. i. q. iij. in cor. q. ⁊ in solu. i. ij. ⁊. v. ar. p[illegible] i.

¶ Qꝫ claues. i. spūalis potestas distinguēdi inter culpā ⁊ culpā ⁊ absoluendi in ecclesia debēt esse. CAP. I.

Claues ecclesie. Circa claues ecclesie quattuor cōsiderare debemꝰ. s. an sint: q̄d sint: quot sint: ad q̄d sint. Prio cōsiderare debemꝰ: an claues ī ecclesia sint. Et q̄ȝtū ad hoc respōdeo ⁊ dico: q claues id est spūalis ptās distinguēdi inter culpā ⁊ culpā ⁊ absoluēdi in ecclesia debēt esse. qð tripliciter pbo. s. similitudine regis: dispēsatoris: ⁊ clauis materialis. p° similitudine regis sic: Sicut enī rex terrenꝰ habēs thesauꝝ magnū in domo sua nō cuilibet sed maioribꝰ claues thesauri domus sue aut palatij sui cōmitteret nec sibi soli retinet: ita rex eternꝰ ad cōicandū thesaurū glorie sue nō cuilibet sed determinatis psonis. s. sacerdotibꝰ claues id est potestatē dedit. 2° hoc idē ostēdo similitudīe dispensatoris sic: Oīs dispēsator debet habere claues eoꝝ que dispēsat. sed ministri ecclesie sunt dispēsatores diuinoꝝ: vt pꝫ pma ad Corinth. iiij. ḡ debēt habere claues. 3° h̄ idē ostēdo similitudīe clauis materialis sic: Sicut enī clauis materialis ē instrumentū quo obstaculū domus ingredienti tollit ⁊ ostiū apitur: ita p clauē spūalem. s. p potestatē discernēdi pctm̄ ⁊ absoluēdi ab ipso obstaculum qð nos ab ingressu regni prohibebat (s. pctm̄) delet. Hec autē clauis. s. ptās spūalis ē in deo: in christo: in mīstro. p° est in deo trinitate p auctoritatē: eo q ipse deꝰ ppria virtute gratiā cōfert: ⁊ culpā ⁊ penā dimittit: ⁊ cui vult dat ⁊ cōcedit. 2° hec clauis. s. ptās spūalis est in christo homīe p meritū passionis que etiā dicit ianuā aperire. Licꝫ enī ostiū celi quantū est de se sit semp apertū tñ clausum ē oībus ex impedimēto totius humane nature. s. ex pctō primi hoīs: qð quidē pctm̄ est p passionē christi vł p meritū passionis christi amotū: ⁊ iō Johēs post passionē christi vidit in celo ostiū apertum vt dicit Apo. iiij. 3° hec clauis ē in ministris ecclesie q̄ nō virtute ppria sꝫ virtute diuina ⁊ passiōis christi hāc ptātem habēt. Cuiꝰ rō ē: q2 celū adhuc quotidie alicui manet clausū p pctm̄ originale qð cōtrahit vel p pctm̄ actuale qð cōmittit. vñ q2 sacramēta ex virtute christi dormiētis vel patiētis in cruce efficaciā habēt: pp hoc indigemꝰ sacramētis ⁊ clauibꝰ ecclesie: ita q clauis spūalis dicit esse triplex. prima est auctoritatis q̄ dicit esse in deo. scda ē excellētie q̄ est in christo vt in hoīe p meritū passionis sue. tertia ē ministri q̄ est in ministris ecclesie q̄ sūt dispēsatores sacramētoꝝ in q̄bus manet efficacia passionis christi ad remouendū obstaculū regni. s. pctm̄ vel originale vel actuale: pp que sacramētis vel clauibꝰ ecclesie indigemꝰ: vt dixi. Hec b. Tho. iiij. scrip. sen. dist. xviij. de clauibꝰ arti. i. q. i. vtrū debeāt esse claues in ecclesia: arg. contra. ij. ⁊ in cor. q. ⁊ Petrus de tha. ⁊ dñs Ambaldus romanꝰ. ordinis p̄dicatorū idem dicit ibidē.

¶ Diffinitio clauis. CAP. II.

Secūdo circa claues ecclesie cōsiderare debemꝰ q̄d sint. vt enī dicit magister sen. lib. iiij. dist. xviij. in littera. ⁊ ex glo. Hiero. Matth. xvi. habet: clauis sic diffinit: Clauis ē ptās ligādi ⁊ soluendi qua ecclesiasticꝰ iudex dignos recipe ⁊ indignos excludere dꝫ a regno. In qua diffinitiōe tāgit q̄nq3. p° auctoritatis principiū vel pceminiū cū dicit: Clauis ē ptās. Et Petrus de

tharā.dicit:ꝙ clauis est quedā potētia spūalis supnaturaliter a deo data ⁊ infusa nō innata nō acqsita.iiij.scrip.sen.di.ē.art.i.q.ii.qd sit clauis.in cor.q. Ubi nota ꝙ potestas spūalis cū aliqua ꝯsecratiōe daꝛ: ⁊ ideo cū ordine sacerdotali conferꝛ:sed executio clauis indiget materia debita que ē plebs subdita ꝑ iurisdictionē: ⁊ ideo ante ꝙ̄ iurisdictionē habeat habet clauē:sed nō habet actum clauiū nisi p iurisdictionē: vt dicit.b.Tho.iiij.scrip.sen.dist.xviii.de clau.hꝰ.arti.i.q.ii.quid sit clauis.in solu.ii.arg. 2° in diffinitione clauis tāgit subiectū: iō dicit: Iudex ecclesiasticꝰ.nā iudex ecclesiasticꝰ dicit ille qui non solū habet ordinē sacerdotalē qui sequiꝛ caracterē: sȝ etiam q̄ hȝ iurisdictionē sm ptātem supioris. Ubi nota:ꝙ eadē est ptās p essentiā qua sacerdos pōt ꝯficere: ⁊ ptās qua pōt ligare ⁊ soluere si iurisdictio assit nec differt nisi rōe sm ꝙ ad diuersos effectus ordinaꝛ: sicut ignis sm aliā rōem diciꝛ calefactiuꝰ ⁊ liquefactiuꝰ. vn̄ quia nihil aliud ē caracter ordinis sacerdotalis ꝙ̄ ptās exercēdi illud ad qd̄ principaliter ordo sacerdotij ordinaꝛ:ideo caracter ⁊ ptās ordinis ⁊ ptās clauiū est vnū ⁊ idē per essentiā: sed differūt rōne qd̄ pȝ:qꝛ caracter diciꝛ inquātū distinguit.ptās ordinis diciꝛ p cōparationē ad ꝯficiendū corpꝰ christi.ptās clauiū diciꝛ p cōpationē ad subditos ordinatur:vt dicit.b.Tho.vbi.s.in solu.i.arg. 3° in diffinitione clauis tāgit duplicē eius actū.s.excludere ⁊ recipe ad similitudinē clauis materialis cuius est duplex actus.s. apire:⁊ claudere. 4° in diffinitiōe clauis tāgit discretionis iudiciū:in hoc ꝙ dignitas ⁊ indignitas illiꝰ in quos actus clauiū exerceꝛ ponaꝛ. Sicut eni clauis q̄ diciꝛ potestas ligādi ⁊ soluēdi est q̄ immediate apit serā pcti:ita clauis q̄ diciꝛ sciētia ondit cui apiendū sit p clauē illā.
5° in diffinitiōe clauis tāgit eiꝰ obiectū in hoc ꝙ dicit: A regno. Ubi nota ꝙ nō dicit: Ab inferno sed a regno: eo ꝙ claues inferni deꝰ sibi soli retinuit:claues autem regni deus sacerdotibꝰ cōcessit. Ratio autē huius ē:qꝛ clauis inferni qua infernꝰ apitur ⁊ claudiꝛ est ptās gratiam cōferendi p quā infernꝰ homini apitur vt de pctō educaꝛ:qd̄ est porta inferni:⁊ claudiꝛ ne vltra hō in peccatū labaꝛ dei gratia sustētatus.gratiā autē ꝯferre ē soliꝰ dei ⁊ iō sibi soli retinuit:vt diciꝛ Apo.iij. Qui apit.s.infundēdo gratiam.Et nemo claudit:gratiā subtrahēdo. Uel aliter sm glo.Claudit vt queramꝰ:apit vt inueniamꝰ:vt inqsitor accipiat fructū sudoris sui:⁊ largitor habeat bonitatis sue gratias.Sed clauis regni ē ptās dimittendi reatū pene p quā homo a regno ꝓhibeꝛ:⁊ iō magis potest dari homini clauis regni ꝙ̄ clauis inferni: nō enim sunt idē.qd̄ pȝ etiā:qꝛ aliqs de inferno diciꝛ p remissionem eterne pene.q̄ nō statim in regnū introduciꝛ ꝓpter reatū tpalis pene q̄ manet.Uel dicendū vt quidā dicūt: ꝙ idē est clauis inferni ⁊ celi qꝛ ex hoc ipso ꝙ alicui apitur vnū clauditur alterū.sed denominaꝛ a digniori: ⁊ ideo diciꝛ clauis regni ⁊ nō inferni. Hec.b.Tho.iiij.scrip.sententen.dist.xviij.de clauibꝰ:arti.i.q.ii.vtrū clauis ꝯuenienter diffiniaꝛ in corpe.q.in fi.Et ibidē.q.i.vtrū in ecclesia debeāt esse claues:in solu.iij.arg.

Quot sunt claues ecclesie:vtrū sint plures vel vna. CA.III.

Tertio circa claues ecclesie cōsiderare debemus quot sint:vtrum.s.sit vna clauis tm̄ vel plures.⁊ q̄ntum ad hoc dico:ꝙ ptās vel auctoritas discernendi qs sit idoneꝰ recipi vel excludi:vel absolui vl̄ ligari:⁊ ptās ligādi ⁊ absoluēdi nō distinguunꝛ in radice.i. essentia:qꝛ ptās discernēdi ⁊ absoluendi in ecclesia vna auctoritas vel vna ptās in essentia ē: ⁊ sic est vna clauis que nihil aliud ē ꝙ̄ ptās iudicādi ⁊ absoluendi. Distinguunꝛ tamē vel in effectibꝰ qui sunt plures.s.ligare:soluere:apire:⁊ claudere ad similitudinē clauis materialis vt pȝ p exemplū in sole:in quo potētia liquefaciēdi ⁊ indurādi vna ē in radice:⁊ dne in effectibꝰ:vel sunt plures cōpatione actuū quoꝝ vnꝰ presupponit aliū: vt verbi gratia:Sicut eni in igne ē vna ⁊ eadē potētia ad calefaciendū vel dissoluendū:⁊ tm̄ vnus actꝰ aliū p̄supponit.s. dissolutio vel liquefactio calefactionē:sic actꝰ absolutionis p̄supponit iudiciū discretiōis de absoluēdi idoneitate:⁊ tn̄ est eadē ptās vel auctoritas que clauis dicitur in essentia respectu vtriusqȝ actus:vt pȝ.Un̄ iudex ecclesiasticꝰ.s.sacerdos indiget his duobꝰ:qd̄ tripliciꝛ ostendo.s.exemplo opposito ⁊ ex demerito. Primo ostēdo exemplo:qꝛ sicut i actu iusticie p quā redditꝛ alicui h̄ quo dignꝰ est duo sunt necessaria.s.iudicij discretio q̄ discerniꝛ an iste sit dignꝰ.⁊ debiti redditio vt reddaꝛ illi quē idoneū vel dignū iudicauit ad que duo quedā ptās vel auctoritas exigiꝛ:qꝛ nō possumus dare qd̄ in potestate nō habemꝰ nec possumus iudicare de hoc nisi p viā imperatiuā vel coactiuā:ita iudex ecclesiasticꝰ:qꝛ p clauem recipit dignos ⁊ excludit indignos: iō indiget iudicio discretiōis quo de idoneitate alicuius iudicet:⁊ officio vel bn̄ficio absolutiōis quo recipiat idoneū ⁊ dignū ⁊ excludat indignū:⁊ ad vtrumqȝ hoꝝ auctoritas vel ptās exigiꝛ que est clauis. Scdo ondo hoc idē ex opposito. Ubi nota:ꝙ sciētia que ē vna clauis nō est habitꝰ speculatiuus sed ē auctoritas actū sciētie exercēdi:que auctoritas qn̄qȝ sine sciētia ē:⁊ qn̄qȝ sciētia sine ipsa auctoritate:vt verbi gratia sicut pȝ in iudicijs secularibꝰ. Aliqs eni est iudex habēs auctoritatē iudicādi q̄ nō hȝ sciētiā iuris:⁊ ecōuerso aliqs hȝ scientiā iuris q̄ nō habet auctoritatē iudicādi quoꝝ neuter clauē habet: ⁊ iō auctoritas iudicij quo sacerdos ex claue obligaꝛ sine auctoritate ⁊ sciētia non pōt fieri. Tertio hoc idē ꝓbo ex demerito: nā auctoritas absoluēdi que ē vna clauis sine auctoritate sciētie que ē alia clauis nō pōt accipi sine pctō.sȝ sciētia sine auctoritate sine pctō haberi pōt: ⁊ ideo necessaria est clauis sciētie ptātem habēti:sicut lucerna est necessaria in tenebris ambulāti:alias sequiꝛ qd̄ ait dn̄s Mathei.xv.Si cecꝰ ceco ducatū prestet ambo in foueam cadūt. Hec.b.Tho.iiij.scrip.sen.dist.xviij.de clauibꝰ:arti.i.q.iij.vtrū sint due claues vel vna tm̄:in cor.q.⁊ Petrus de tha.ibidē:arti.iij.in cor.q.idē dicit.

Ad quē actū claues ecclesie sunt ordinate. CA.IIII.

Quarto ⁊ vltimo circa claues ecclesie ꝯsiderare debemꝰ ad q̄d sint:id est ad quē actū sint ordinate.Et q̄ntum ad hoc dico:ꝙ sicut clauis materialis ē ordinata ad claudēdū ⁊ apiendū:ita ptās spūalis ecclesie quā hȝ sacerdos:⁊ ꝓpter talē similitudinē recte diciꝛ clauis.sȝ in h̄ est differētia qꝛ clauis materialis p̄ncipaliter ē ordinata ad claudēdū ꝓpter latrones ⁊ fures.sed clauis spūalis p̄ncipaliꝰ est ordinata ad apiendū nec ē ordinata ad claudēdū nisi ꝓpter apitionē sicut nec ad ligandū nisi ꝓpter solutionē.⁊ iō sicut medicina est sciētia sani ⁊ egri sani p se ⁊ egri p accidēs ita intelligēdū est de claue spūali. Hec A.ex.iiij pte sum.q.xxxii.arti.v.ad quid sint claues:vtrū sint ad apiendū vel ad apiendū ⁊ claudendū:in so.vlti.arg.⁊ Petrꝰ de tharā.iiij.scrip.sen.de clauibus.dist.xviij.arti.i.q.i.an ecclesie date sint claues:in cor.q.idē dicit.

Quod solis sacerdotibus ptās clauiū est cōcessa. CA.V.

Preter illa q̄ dicta sunt supius de clauibus ecclesie:nūc circa ptātem clauiū quattuor cōsiderare debemꝰ.s.subiectū nobile:effectū vtilē:vsū possibilē:vitiū culpabile. Primo circa ptātem clauiū ꝯsiderare debemꝰ subiectū nobile.nā solis sacerdotibus ptās clauiū est ꝯcessa.qd̄ ꝓbo auctoritate:rōne: distinctione. Pꝰ auctoritate ambrosii.nā.b.Ambrosꝰ in libro de pen

diſo loquēs de ꝑtāte ligandi ⁊ ſoluēdi ſic dicit: Hoc ius .ſ. ligādi ⁊ ſoluēdi ſolis ſacerdotibꝰ eſt ꝯceſſum. 2º hoc idē ꝓbo rōne ſic. Per ꝑtātem clauiū aliq̄s eſſicit mediator ⁊ recōciliator. mediator quidē inter populū ⁊ deū: ⁊ recōciliator peccatoris cū eccleſia: ſed hec duo tm̄ competunt ſacerdotibꝰ: qḋ pꝫ: q2 ad hoc ꝙ poſſit eſſe mediator ꝯpetēs inter populū ⁊ deum: oportet ꝙ poſſit offerre dona ⁊ ſacrificia ꝓ peccatis q̄bus placatꝰ deus. ⁊ hoc cōpetit ſacerdotibꝰ: vt dicitꝰ Hebre. v. Ad hoc etiā ꝙ ſit reconciliator oportet ꝙ habeat ꝑtātem ꝯficiēdi corpꝰ chriſti: ⁊ abſoluēdi ⁊ reducēdi peccatorē ad corpꝰ chriſti myſticū .ſ. ad eccleſiā cuius caput ē ipſe chriſtꝰ. 3º hoc idē ꝓbo diſtinctiōe ſic. Eſt enī duplex clauis .ſ. ordinis: ⁊ iuriſdictionis. Pria clauis ē ordinis que imediate ſe extendit ad ipm celū apiendū: remouēdo impedimētū introitus in celū ꝑ dimiſſionē pctī: ⁊ hāc ſoli ſacerdotes habēt. Alia eſt clauis iuriſdictiōis q̄ immediate ordinatur ad ipſam eccleſiā militantē: dū ꝑ eā aliq̄s excluditꝰ vl̄ admittitur ad ꝯſortiū eccleſie militātis ꝑ excōicationē vel abſolutionē. ⁊ hāc clauē etiā nō ſacerdotes poſſunt habere ſicut archidiaconi ⁊ electi ⁊ alij qui excōicare poſſunt: vt pꝫ infra. Excōicatio. ſed hec nō ꝓprie dicitꝰ clauis celi ſꝫ diſpō quedā ad ipam Hec. b. Tho. iiij. ſcrip. ſen. diſt. xix. de habētibus claues: arti. j. q. iij. vtrū ſoli ſacerdotes habeāt claues. in duobꝰ arg. cōtra: ⁊ in cor. q. 4º hoc idē ꝓbo auctoritate dn̄i dicētis Matth. xv. Tibi dabo claues regni celorū. qḋ quidē donū ſeu quā ꝑtātem ꝯtulit chriſtus petro: nō inquantū homini: q2 tūc oēs homies haberēt claues: ſed inquātū apoſtolo ⁊ ſacerdoti. Ex q̄bus verbis ꝯcludo duo. primū ē: ꝙ nullꝰ nō ſacerdos q̄ntumcūq3 ſanctꝰ hꝫ claues. ſcḋm ē: ꝙ etiā mali ſacerdotes vſum clauiū habēt. Primo dico ꝙ nullꝰ nō ſacerdos quātumcūq3 ſanctꝰ vſum clauiū hꝫ: q2 nec ligare poteſt nec abſoluere a pctō. Cuiꝰ rō eſt: q2 quātūcūq3 aliq̄s de gratia dei habeat nō pōt ptingere ad effectū clauiū vt abſoluat ⁊ liget: niſi ad hoc q̄ſi miniſter ꝑ ſuſceptionē ordinis applicetꝰ. ſed laicꝰ quātūcūq3 ſanctꝰ caret ſacerdotali ordine: q2 nō hꝫ caracterē: g̊ ⁊c̄. Hec. b. Tho. iiij. ſcripto ſen. vbi ſ. imediate. arti. ij. q. j. vtrū ſancti hoīes nō ſacerdotes habeāt vſum clauiū: in cor. q. in fi. Scḋo dico ꝙ mali ſacerdotes habēt vſū clauiū: qḋ dupliciter probo .ſ. auctoritate ⁊ rōe. pº auctoritate chryſ. ſup illo verbo Johis. xx. Accipite ſpiritūſanctum quoꝝ remiſeritis pctā ⁊c̄. dicēs: Nō enī ſacerdos neq3 angelꝰ neq3 archāgelus opari aliq̄d pōt in his q̄ ſunt data a deo: ſed pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ oīa diſpēſat. ſacerdos autē ſuā linguā ⁊ manū tribuit: g̊ ſi vita eiꝰ fuerit valde detractabilis in nullo lederis in his q̄ ſunt ei commiſſa a deo. Et reddit Chryſ. huiꝰ cām dicēs: Nō enī iuſtū eſſet vt ꝑ alterius maliciā circa ſymbola noſtre ſalutis ledi eos q̄ ad fidē ꝯuenīūt. 2º hoc idē ꝓbo rōne ſic: Iniquitas miniſtri nō pōt auferre liberalitatē dn̄i: ſed ſacerdos ē ſolū miniſter in abſoluēdo: g̊ malicia ſua nō pōt nobis auferre donū trāſmiſſum a deo ꝑ ſacerdotē malū. 3º ꝓbo ⁊ ꝯfirmo h̄ idē ex ſimilitudine ſic: Inſtrumentū nō aſſimilat ſibi effectū ſed p̄ncipali agēti. ſed ſacerdos vtēs clauibꝰ eſt inſtrumentū dei vt p̄ncipalis agētis: ⁊ iō ille q̄ effectū clauiū ꝯſequitꝰ nō aſſimilatꝰ vtēti clauibꝰ: ſed chriſto qui ē p̄ncipale agēs in remittēdo pctīn: vt deꝰ ꝑ auctoritatē: ⁊ vt hō ꝑ meritū paſſionis ſue. Hec. b. Tho. iiij. ſcri. ſen. vbi ſupra imediate: arti. ij. q. j. in cor. q. Et ibidē. q. ij. vtrū mali ſacerdotes habeāt vſum clauiū: ar cōtra: ⁊ in cor. q.

¶ Q̄ ꝑtās clauiū valet ad remiſſionē culpe. CA. VI.

Ecūdo circa ꝑtātem clauiū ꝯſiderare debemꝰ effectū vtilē. Ubi nota: ꝙ virtꝰ ſeu ꝑtās clauium opatur ⁊ valet ad tria .ſ. ad culpe remiſſionē: ad pene cōmutationē: ad pene diminutionē. Prio ꝑtās clauiū valet ad culpe remiſſionē: qḋ dupliciter probo. pº auctoritate Johis. xx. Quoꝝ remiſeritis pctā remittuntꝰ eis. 2º ſimilitudine: q2 ſicut aq̄ baptiſmi corpus tāgit et cor abluit: vt pꝫ ſ. baptiſmꝰ: ita ꝑtās clauiū: alias nō eſſꝫ ſacramentū noue legis niſi culpe remiſſionē quam ſ. gratia aliquo mō efficeret. Ubi nota: ꝙ ꝑtās clauiū opatꝰ ad culpe remiſſionē ſicut aqua baptiſmi. vn̄ ſicut aq̄ baptiſmi nō agit vt p̄ncipaliter agēs: ſed vt inſtrumentale: nō quidē ptingēs ad creandā ipam ſuſceptionē grē etiā inſtrumētaliter: ſed vt diſponēs ad gratiā ꝑ quam fit remiſſio culpe: ita etiā virtꝰ vel ꝑtās clauiū. vn̄ ſolus deus remittit ꝑ ſe culpā p̄ncipaliter ⁊ effectiue: vt dicitꝰ Luce. v. Quis pōt dimittere pctā niſi ſolꝰ deus: ⁊ in virtute dei agit inſtrumētaliter: ⁊ baptiſmꝰ vt inſtrumentū inaiatū ⁊ ſacerdos vt inſtrumentū aiatū qḋ dicitꝰ ſeruꝰ ſm̄ phm̄. viij. Ethi. Q̄ autē ꝑtās clauium p̄dicto mō .ſ. diſpoſitiue opetur ad culpe remiſſionē pꝫ: q2 ſi an̄ abſolutionē aliq̄s nō fuiſſet ꝑfecte diſpoſitꝰ ad gratiā ſuſcipiēdā in ipſa cōfeſſiōe ⁊ abſolutiōe ſacramētali gratiā ꝯſequeretꝰ ſi obicem nō poneret. Sed forte argues in oppoſitū .ſ. ꝙ poteſtas clauiū nō ſe extendat ad culpe remiſſionē duplici rōe. Pria eſt talis: Si ſacerdos remittit pctīn g̊ aliq̄d cooperatꝰ deo ad interiorē mundationē. ſed hoc ē falſū: q2 magiſter ſen. dicit. iiij. ſen. diſt. xviij. ꝙ ad interiorē mundationem nullꝰ deo creatori coopari pōt. g̊ ⁊c̄. Rn̄deo ⁊ dico: ꝙ creatura nō pōt coopari creatori ī remiſſiōe culpe effectiue: ſed bn̄ diſpoſitiue. ⁊ ſic ē in ꝓpoſito ꝙ ꝑtās clauiū nō efficit gratiā: ſed ꝑ ꝑtātem clauiū diſponitꝰ ꝯtritens ad hoc vt ei gratia infundatꝰ. vn̄ ille q̄ ſubijcit ſe ſacerdoti ꝑ ꝯfeſſionē aliq̄d ꝯſequitꝰ virtute ꝑtātis ſacerdotalis. Scḋa rō ad idē eſt talis: Uirtꝰ finita nō pōt in infinitū. ſed culpa mortalis ⁊ pena eterna quodāmō ſunt infinita: g̊ virtꝰ clauiū que eſt finita nō ſe extēdit ad remiſſionē culpe. Rn̄deo ⁊ dico: ꝙ finitū nō pōt in infinitum vt agēs p̄ncipale: ſed vt inſtrumētū p̄ncipalis agētis infiniti ſic pōt. Hec. b. Tho. iiij. ſcri. ſen. diſt. xviij. de poteſtate clauiū: arti. iij. q. j. vtrū ꝑtās clauiū ſe extēdat ad culpe remiſſionē: in cor. q. Et Petrꝰ de tharan. ⁊ dn̄s Anibaldus romanꝰ ordinis p̄dicatorū in ſolu. illoꝝ duoꝝ argumentoꝝ.

¶ Q̄ virtꝰ vel ꝑtās clauiū valet ad cōmutationē pene. CA. VII.

Ecūdo dico: ꝙ virtꝰ clauiū ſe extēdit ad pene cōmutationē. Ubi nota: ꝙ cū ſit duplex pena q̄ debetur pctō .ſ. eternalis vel tꝑalis vel in purgatorio vel in h̄ mūdo: virtꝰ clauiū nō ſe extēdit ad pene eterne remiſſionē. Cuius rō eſt: q2 pena eterna inſepabilis ē a culpa: ⁊ iō ab eo ſolūmō pena remittitꝰ a quo culpa remittitꝰ. ſed a dānatis nūq3 remittitꝰ culpa: g̊ ab eis nūq3 remittitꝰ pena. ⁊ ſic ſacerdos virtute clauiū nō pōt remittere penā eternā: vt dicit magiſter. iiij. lib. ſen. diſt. xviij. I lr̄a. Hac rationē aſſignat Alex. iiij. pte ſum. q. cclxxxiij. arti. ij. vtrū claues eccleſie poſſint ſupra penā eternam in cor. q. Ualet tamē virtus clauiū vel ad pene tꝑalis cōmutationē: vel ad eius diminutionē: vel ad ipiꝰ remiſſionem. Primo virtꝰ clauiū opatur ad pene tēporalis cōmutationē. qḋ tali ratiōe oſtēdo: Nā virtute ꝯtritionis ex virtute cōfeſſionis ⁊ abſolutionis in voto exiſtentis liberatꝰ quis a culpa mortali ⁊ a pena eterna peccato mortali debita. que pena ē exterminās ⁊ ꝯdēnans: a qua pena hō liberatus adhuc manet obligatꝰ ad penā tēporalē: ſm̄ ꝙ pena tꝑalis ē purgās ⁊ promouēs: que pena reſtat in purgatorio patiēda his q̄ a pena inferni ſunt liberati. tn̄ q2 pena purgatorij ē incognita ⁊ improportionata viribꝰ penitētis in hoc mūdo viuentis: iō per virtutem clauiū pena purgatorij ꝯmutatꝰ in penā p̄ntis vite: ⁊

intantū virtutē clauiū diminuit' q remanet ꝓportionata virib' penitētis: ita q satisfaciēdo se in hac vita purgare pōt. Dec.b.Tho.iiij.scrip.sen.dist.xvij.de ɔtritione:arti.v.q.ij.vtrū ɔtritio vel confessio liberet aliquo mō a pena.in cor.q. Re.infra Cōfessionis ⁊ ɔtritionis effectus.

Scdo virtus clauiū valet ad pene tpalis diminutionem: ⁊ hoc tā in purgatorio: q̄ʒ in hoc mūdo. p' in purgatorio: vt verbigratia. Si qs morit' añ iniūcte pene cōpletionē: posito q ad penā purgatorij teneat': nō tamen ad tantā ad quantā tenebat' ante pene tpalis iniunctionem. ⁊ hoc idē ē: qꝛ virtute clauiū de pena que debetur in purgatorio aliquid remittit' vt min' in purgatorio puniat' absolutus ante satisfactionē decedēs q̄ʒ si ante absolutionē decederet. Tertio virt' clauiū valet ad pene temporalis remissionē. qđ tali rōe ostēdo: Quāto qs magis ad gratiā se disponit: tāto maiorē gratiā recipit. ⁊ quanto gr̄a maior recipit': tāto minus remanet de impuritate precedētis pctī. vñ si in pma ɔfessione virtute clauiū aliqđ de pena tpali remittit' vt ex dictis pꝫ: in secūda ɔfessione pl' remittit'. vñ nō est incōueniēs si p frequentē cōfessionē etiā tota pena tollit' vt pctō solo remanet imputatū ꝓ quo christi passio satisfecit. Est autē sciendum ad euidētiā pdictoꝝ: q aliud ē de sacramēto baptismi: ⁊ aliud de sacramēto penitētie: qꝛ in baptismo remittitur culpa ⁊ tota pena ⁊ oīs reat' pene vt nihil de prioris peccati actualis pena remaneat post baptismū. Cui' ratio ē qꝛ in baptismo ē regeneratio inquantū hō in baptismo nouā vitā accipiēs p gratiā baptismalē fit nouus hō. vñ cū in baptismo precedēs pctm̄ totalit' sit dimissum: oportet reputari q̄si nō fuerit ab eo factū: ⁊ sic non debet ꝓ eo puniri: qꝛ nō debet alicui imputari ad penā nisi qđ ipse fecit. In sacramēto autē penitentie post remissionē pctī nō remittit' tota pena sed aliqđ de pena tpali: cui' reat' post absolutionē a pena eterna potuit remanere. Cuius ratio ē: qꝛ in penitētia nō mutat' hō in virū aliū: qꝛ non est in penitētia regeneratio: sʒ sanat'. ⁊ iō in ɔtritione pena eterna mutat' in tpalem: vel in purgatorio vel in hoc mūdo soluendā. Et de illa pena tpali cui' hō est debitor virtute clauiū aliqđ diminuit'. quātū autē illō qđ diminuitur de pena in quātitate sit nescit': nisi q quāto quis magis ad gratiā se disponit. tāto magis tpalis pena diminuit' ⁊ remittit'. Dec.b.Tho.iiij.scri.sen. dist.xviij.de clauiū ptāte.arti.iij.q.ij.vtrū ptās clauiū possit pctm̄ remittere quo ad penā: in cor.q. ⁊ in solu.iiij.arg.ibidem in fine. Re.ē. Absolutio.j.ij.⁊.iij.ca.

Quid est soluere ⁊ ligare. CAP.VIII.

De maiorē tamē euidētiā predictoꝝ circa actus clauiū q̄ sunt ligare ⁊ soluere quero duas questiones: vnā de q̄dditate act': aliā de libertate act'. Prima questio ē de quidditate vel qualitate actus. s. qđ sit soluere vel ligare: ⁊ vtrū sacerdos p ptātem clauiū possit soluere vel ligare: ⁊ quō. Rn̄deo ⁊ dico: q opatio sacerdotis in vsu clauiū est ɔformis opationi dei cuius est minister. de' autē opationē hʒ ⁊ in culpā ⁊ in penam. sed in culpā ad soluendū quidē directe: ad ligandū autē indirecte inquantū obdurare dicit' dū gratiā nō largit'. sed in penā habet opationē directe quantū ad vtrūqꝫ: qꝛ ⁊ a pena soluit eo q eā pcit: ⁊ pena ligat dum eā infligit. Similit' sacerdos habet opationē in culpam: qꝛ virtute clauiū absoluit a culpa: remittēdo culpā eo mō vt dictū est. ꝫ nō tñ habet aliquā opationē in culpā ligādo. cui' ratio ē: qꝛ ligare ē obstaculū ponere. sed obstaculū regni est pctm̄ qđ ex alio imponi nō pōt: qꝛ nō nisi voluntarie peccat': nisi large dicat' ligare inquantū non absoluit sed ligatos ostēdit. sed in penā habet sacerdos ptātē ⁊ ligādi ⁊ soluēdi. soluit enī a pena quā dimittit: sʒ ligat ad penā que remanet: qꝛ sacerdos nō hʒ remittere totā penam sed aliqđ de pena. Istud autē aliqđ qđ sacerdos remittit nō est determinatū in quātitate sʒ in ꝓportiōe vt ex pmissis pꝫ. Dec.b.Tho.iiij.scrip.sen.dist.xviij.de ptāte clauiū arti.iij.q.iij.vtrū sacerdos p ptātem clauiū ligare possit in cor.q. Si vero breui' vis pcedere dicas: q sacerdos virtute clauiū ligat trib' modis. p' mō quo ad culpam nō absoluēdo ab ea. 2' mō quo ad penam sensus ligādo tpali pena. 3' mō quo ad penā dāni ligādo p sniam excōicatiōis. Dec Petr' de thară.iiij.scrip.sen.dist.xviij.de claui': arti.j.q.j.vtrū ecclesie date sint claues: in cor.q.

Utrū sacerdos virtute clauiū possit ligare ⁊ soluere scḋm propriū arbitriū. CAP.IX.

Secūda questio ē de libertate act' clauiū: vtrū sacerdos possit ligare ⁊ soluere scḋm ꝓpriū arbitriū. Rn̄deo ⁊ dico: q sacerdos nō pōt soluere ⁊ ligare. i. nō potest penitentiā iniūgere quantū vellet: vel etiā scḋm propriū arbitriū pniam relaxare. sed inquantum iudicio ratiōis ⁊ precipue diuino instinctu mouet' ⁊ regulat'. qđ quadruplicit' pbo. Prima similitudine sic. Sacerdos in vsu clauiū opatur sicut instrumentum: nō mortuū vt securis: sed viuū sicut minister ⁊ seru' dei: ad rectā autē opationē instrumēti requirunt' tria. primum ē recta instrumēti dispositio. scḋm ē materie ꝓportio. tertiū ē motoris actio: vt verbi gr̄a de his trib'. Si. n. securis nō sit acuta nō secabit: vel si nō habebit ꝓportionatā mām. s. ligna: vel si ab aliquo nō moueat'. Similr in absolutiōe quā facit sacerdos debēt ɔcurrere ista tria. s. rect' vsus ptātis sue: ⁊ pparatio vel dispō suscipiētis: ⁊ virtus dei motoris: quoꝝ si vnū deficit: frustrat' absolutiōis effect'. Scḋo q sacerdos vt instrumentū dei in absolutione debeat moueri instinctu dei vt pncipalis agentis: ꝓbo auctoritate Johis.xx. vbi pmittit' ptās remissiōis apostolis date spūsancti donū: cuius virtute ⁊ ptāte remittunt' pctā. vñ dicit: Accipite spm̄sanctū quoꝝ remiseritis pctā ⁊c. Tertio ꝓbo hoc idē ex effect' priuatiōe qꝛ siqs pter istū modū ⁊ instinctū diuinū vti sua ptāte psumpserit: nō ɔsequet' effectū suū. s. de absoluēdo: vt Dio ny. dicit in fine ecclesiastice hierarchie: vbi dicit q sacerdotib' vtendū est hierarchicis virtutib' quō diuinitas eos mouerit: alias frustrat' absolutiōis effect'. Quarto hoc idē ꝓbo ex punitiōe. vñ subdit idē Diony. q pter hec sacerdos q̄ vti sua ptāte psumeret a diuino ordine aueteret' ⁊ sic culpā incurrit. Et qꝛ pene satisfactorie sūt medicine: iō sic medicie sunt variāde sm arbitriū medici: nō ꝓpriā volūtatē sequētis sʒ medicie: ita pnie q̄ sunt pctoꝝ medicie sūt variāde sm arbitriū sacerdotis diuino instinctu regulatū. Et sic medic' aliqñ prudēter nō dat medicinā ita efficacē q̄ ad morbi curā sufficiat: ne pp debilitatē nāe mai' piculū incurrat': ita sacerdos diuino instinctu motus nō sp totā penā q̄ vni pctō debet' iniūgit ne infirm' aliqs ex magnitudine pene despet: ⁊ a pnia totalit' recedat. Sʒ forte argues i oppositū. s. q sacerdos sm arbitriū suū possit pnias iniūgē vel relaxare tali rōe: Ois xp̄i actio nostra ē instructio: sʒ ipse qbusdā peccatorib' nullā penā imposuit sʒ solū emēdatiōem vite: vtꝫ ð adultera Joh.viij. ⁊ de illo q̄.xxxviij.añis infirm' fuerat cui dixit dns: Ecce sanꝰ fact' es: iā noli peccare: ne deteri' tibi aliqđ ɔtigat. ꝫ videt' q sacerdos q̄ ē vicari' xp̄i ad arbitriū suū possit totā penā vl ptē pene remittē. Rn̄deo trib' mōis. p': qꝛ xp̄s habuit ptāte excellētie i sacris. vñ ipse ex ꝓpria auctoritate penā totā vel ptē pene poterat dimittē sic volebat: non autē est sic de his q̄ opant' tm̄ vt mistri vt sacerdotes faciūt. 2' rn̄deo ⁊ dico: q qꝛ christi fuit ꝓpriū misereri: q̄ fuit actor ⁊ de' miarū: vt oñ scḋa ad Corinth.j. in quem p se peccat': non sic est de ministris. 3' mō respōdeo ⁊ di

eo: q dñs ex infinitate sue potētie pōt multa q̄ nos imitari non possum⁹ nec debem⁹. vn̄ q: ipse ex infinitate sue sapie nouit q̄titatē ɔtritōis illoꝝ quoꝝ remisit ⁊ remittit pctā ⁊ alia q̄ nos scire nō possum⁹. iō ⁊c̄. Dec. b. tho. iiii. scri. sen. de vsu vel ptāte clauiū. di. xviii. arti. iii. q. iiii. vtrū sacerdos possit ligare ⁊ soluere fm ꝓpriu᷑ arbitriu᷑: in cor. q. Et pe. d thara. ibidē dicit idē. ⁊ Alex. iiii. pte sū. q. clxxxiii. ar. i. vtrū fm arbitriū sacerdotis sint pnie iniungēde: aut statuta canonū sunt sequēda: in cor. q. ⁊ in solu. i. ar. vbi subdit: q pnia nō dz esse arbitraria. i. voluntaria: sz poti⁹ libero arbitrio rōis taxāda. Re. infra Pnia qualē pniam debeat sacerdos imponere p pctis.

¶ Q: q̄libet sacerdos nō pōt absoluere quēlibz hoiem: ⁊ quare. CA. X.

Tertio circa ptātē clauiū ɔsiderare debem⁹ vsum possibilē. nō. n. q̄libz sacerdos pōt vti claue quā hz in quēlibet hoiem: neq3 sacerdos aliquis pōt vti claue in seipm. sz sacerdos pōt vti claue in suū subditū. ⁊ sacerdos inferior pōt vti claue in supiorē de volūtate ⁊ auctoritate supioris. Primo dico q non q̄libet sacerdos quēlibet hoiem pōt absoluere. qd̄ quadrupl'r pbo. s. auctoritate cōpatōe rōne silitudine. p⁹ pbo auctoritate. dicit. n. xvi. q. i. Nulli sacerdotū liceat prochianū alteri⁹ absoluere. 2⁹ hoc idē pbo cōpatōe. s. cōparando iudiciū spūale ad tpale sic: Judiciū spūale debet eē ɔnati⁹ tpali. sz in iudicio tpali nō pōt q̄libet iudex aliū iudicare: g̃ cū vsus clauiū. s. absoluere vel ligare sit quoddā spūale iudiciū: nō pōt sacerdos quilibet absoluere quēlibet. 3⁹ hoc idē pbo rōne sic: Ad absolutōem a pctō requirit duplex ptās. s. ordinis ⁊ iurisditōis. Prima ptās. s. ordinis est equal'r in oībus sacerdotib⁹ q ptās ordinis a charactere deriuat. Alia ē ptās iurisditōis q̄ nō equal'r est in omnib⁹ sz fm plus ⁊ min⁹ p auctoritatē ⁊ rōnē supioris ptās aūt ordinis nō exit in actū nisi mediāte ptāte iurisditōis a supiore collata: qd̄ p exēplū saluatoris pbo. naz dñs dedit petro singularē ⁊ sumā ptātē dimittēdi peccata cū dixit Matth. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ ⁊c̄. vt intelligat q ipse p aliis hz ptātē iurisditōis. Aplis aūt dedit ptātē ordinis: q̄ quantū est de se ad oēs absoluēdos se extēdit: ⁊ iō indeterminate dixit eis Johā. xx. Quoꝝ remiseritis pctā ⁊c̄. intelligens tn̄ q vsus illi⁹ ptātis deberet eē psupposita ptāte petro collata fm ordinatōem ipius g̃ a simili q̄uis sacerdos habeat ptātem ordinis: ptātem tn̄ iurisrisditōis (que materiā subiectā respicit) nō hz nisi p ptātē vel auctoritatē sibi collatā a suo supiore. Et confirmo hoc alia rōne sic: Usus clauiū (qui est absoluere ⁊ ligare) requirit ptātem iurisditōis p quā ille in quē vsus clauiū cōicatur afficitur ꝓpria materia illius actus: ergo qui habet indistinctā ptātem sup oēs: pōt vti clauibus in quēlibet. Illi vo q̄ sub eo ⁊ ab eo distinctas ptātes acceperūt nō possunt in quolibet vti clauibus: sed in eos tm̄ qui eis in sortē venerunt: ⁊ illa dicitur messis sua. 4⁹ hoc idē pbo ex silitudine quia sicut in celesti hierarchia quidā angeli sunt q̄ hn̄t ptātē indistincte. ita q indistincte psunt. quidam vo sub istis ponunt vt principatus qui singulis puinciis distribuunt. quidam vo sub istis ponunt vt angeli qui singulis hominibus deputant: Ita debet esse in terrestri hierarchia. s. in platōe eccle militantis in qua est triplex grad⁹. s. sūm⁹ vt summ⁹ pontifex: medi⁹ vt penitentiarii dñi pape vl' penitētiarii epoꝝ: vel priuilegiati q̄ absoluere possunt auctoritate supioris. Infimus autē gradus vbi est stat⁹ est in psbyteris prochialib⁹ qui imediate gerunt curam populi: ⁊ eoꝝ iurisditio est artata ad determinatā potentiam: ⁊ eoꝝ cuilibet sua portio ē cōmissa fm ɔuenientem distributōem. ⁊ illa portio dicit messis sua: vt supra dixi. Hec aūt intelligēda sunt fm cōem legē. Indulget tn̄ lex charitatis ⁊ rectitudo rōis ⁊ iuris in articulo necessitatis quēlibet posse quēcūq3 absoluere si sit in vnitate ecclesie. Sz forte argues: q etiā extra articulū necessitatis sacerdos quēcunq3 poss' absoluere: ⁊ hoc silitudine tam in naturalibus q̄ artificialib⁹. p⁹ in naturalib⁹: q: ignis q̄ cōburit in vna materia sil'r etiā in qualibz: ⁊ sil'r lux q̄ fugat vnā tenebrā in vno loco: etiā sil'r fugit in alio g̃ sacerdos qui pōt vnū absoluere: similiter pōt quēlibet aliū. Rn̄deo ⁊ dico: q nō est sile de actōe lucis ⁊ absolutōe sacerdotis: q: actio ignis est naturalis q̄ est fm necessitatē forme. sed absolutio q̄ actus clauis est: est actio spūalis que est fm ordinē rōnis. 2⁹ ad idē argues in artificialib⁹: q: clauis que vnā seram apent etiā oēs similimō factas apire pōt: ⁊ ecōuerso multe claues in quātitate ⁊ qualitate siles vnam seram aperiūt: sic sacerdos. Rn̄deo duob⁹ modis: Primo: q: sicut clauis materialis nō pōt apire nisi serā ꝓpriā nec aliqua virtus actiua pōt agere n. si in materiā ꝓpriā sic sacerdos nā ꝓpria materia ptātis ordinis efficit aliq̄s p iurisditōez: ⁊ iō nō pōt sacerdos aliq̄s vti claue ad eū in quē iurisditio nō dat. ⁊ argumētū d claue materiali magis ē ad ꝓpositū q̄ ad oppositū. 2⁹ mō rn̄deo ⁊ dico: q hoc verū est qn̄ adest virtus motiua vt clauē moueat. sed in aliq̄bus vtus absoluēdi est artata vt in sacerdotib⁹ inferiorib⁹ in quib⁹ ē ligata: in aliq̄b⁹ amputata: vt pz infra Sacerdos. Re. in iiii. ca. Dec. b. Tho. iiii. scri. sen. di. xix. de hn̄tibus claues arti. iii. q. i. vtz sacerdos. s. prochialis possit vti claue quā hz in quēlibet: in duob⁹ ar. 5: ⁊ in cor. q. ⁊ in solu. i. ⁊ ii. argu. ⁊ Alex. iiii. pte sū. q. clxxxiii. arti. iii. vtrū q̄libet sacerdos quēlibet pōt absoluere in cor. q.

¶ Q: nullus sacerdos pōt seipm absoluere: ⁊ quare. CA. XI.

Secūdo dico: q nullus sacerdos pōt seipm absoluere. qd̄ pbo duplici rōe. Pria rō est: q: ptās clauiū reqrit p materia aliquē subiectū ⁊ ita aliū. sz sibiipi aliq̄s subiect' eē nō pōt: g̃ nullus pōt seipm absoluere. Scd̄a rō est talis: Judiciū spūale ē ordinatiue ⁊ rectius iudicio tpali. sed in iudicio tpali q̄s nō pōt eē sil' iudex ⁊ reus: g̃ nec i iudicio spūali. Dec. b. Tho. iiii. scri. sen. di. xix. de hn̄tib⁹ claues: arti. iii. q. iii. vtrū inferior possit absoluere suū supiorē ex ordinatōe vl' auctoritate sui supioris: in cor. q. in fi. ⁊ in arg. i. 5.

¶ Q: sacerdos vtute clauiū semp pōt subditū suū absoluere. CA. XII.

Tertio dico: q sacerdos quantū est ex virtute clauium semp potest subditum suū absoluere. qd̄ tali rōne ostendo: Cuicunq3 cōmittitur principale cōmittitur ⁊ accessoriū: sed sacerdoti cōmittitur q suis subditis eucharistiā dispenset ad quam ordinatur absolutio a quibuscunq3 pctis. g̃ sacerdos quantū est ex pte clauiū sp subditū suū pōt absoluere. Sunt tn̄ inter alios duo casus in quib⁹ vel nō est ɔueniens vel non est possibile sacerdoti subditū suū absoluere. Primus casus est qn̄ sacerdos est pticeps criminis qd̄ subditus suus cōmisit. verbigra: sicut cū sacerdos mulierē sibi subditā cognouit: in tali. n. casu nec sacerdos dz audire cōfessionē mulieris cū qua peccauit de illo pctō: sed eā debz ad aliū remittere. nec illa debet ei cōfiteri: sed debet licētiā petere eundi ad aliū: vel ad supiorē recurrere: si ille licentiā denegaret: tum pp piculū: tum q: est minor verecundia. si tn̄ absolueret absoluta esset. Secūdus casus ē qn̄ subditus a maiori est excōicatus. Nam excōicatōe manente non pōt de crimine absoluere: eo q absolutio ab excōicatōe debet pcedere absolutōem a peccato. Cuius rō est: quia aliquis q̄diu est excōmunicat⁹ non potest recipe aliquod ecclesie sacramentū. Dec. b. Tho. iiii. scri. sen. di. xix. de habētib⁹ claues arti. iii. q. ii. vtrū sacerdos

sꝫ possit subditũ suũ absoluẽ ar.ↄ: ꝛ in cor.q. ꝛ in sol.t.ij ar. Req. infra Excõicatio. ¶ Qꝫ sacerdos inferior ex auctoritate sibi a supiore collata pt suũ supiorẽ absoluẽ.

CA.XIII.

q Uarto dico ꝙ sacerdos inferior pt suũ supiorẽ absoluere ex ptãte ꝛ auctoritate ei a supiore collata. qđ quadruplr ꝓbo.s. rõne: auctoritate: p locũ a maiori ꝛ silitudine. Pͥo rõne sic. Ille qui inferiori ptãtẽ limitare põt: põt in eũ quẽ vult ptatẽ extẽdere. sꝫ supior põt hͦ mõi: ġ põt inferiori dare ptãteꝫ in seipm: qͣuis nõ põt ipe vti ptãte in seipm: vt ptꝫ.ↄ. 2ͦ ↄfirmo hãc rõnẽ sic: Qui subijcit᷑ vni nõ põt alteri dare auctoritatẽ in se. sed si psona ẽ libera tũc põt alteri se subijcere ꝛ se absoluẽdi auctoritatẽ ꝛ ptãtẽ dare. ġ summus ꝑlatus s. dñs papa q̃ iure ẽ liber ꝛ nulli subiectus: pt cui vult se subijcere. 3ͦ ꝓbo hoc idẽ alia rõne sic: Absolutio que fit p virtutẽ clauiũ ordinat᷑ ad pceptõeꝫ eucharistie sꝫ inferior põt eucharistiã supiori dare si petat: ġ etiam põt eũ absoluere si se ei subijciat. Secũdo principalr ꝓbo hoc idẽ auctoritate. Nã ius canonicũ dicit: ꝙ vnusquisqꝫ possit suã auctoritatẽ cõicare p se ꝛ p sua vtilitate sine ꝑiudicio facto ꝓprie auctoritati ꝛ ptãti etiã aliene ꝛ ita summꝰ põtifex cuilibet sacerdoti põt se subijcere ꝛ absolutõem petere. Tertio hoc idẽ ꝓbo p locum a maiori sic: Qđ pñt etiã ꝑlati alij ex ꝑmissiõe pape multo magis põt papa. sed alij ꝑlati ꝑter sui ꝑlati supioris licẽtiã ex ꝑmissione pape pñt sibi eligere cõfessorẽ: vt dic᷑ decretalis illa de peni. ꝛ remis. que est Omnis. ꝛ hoc iõ: ne p dilatõe pnĩe piculũ iminẽat aĩe: ġ multo magis põt dominꝰ papa. Et ↄfirmo hãc rõnẽ sic: Ptãs clauiũ data est ad vtilitatẽ eius q̃ absoluit᷑. sꝫ ille cui data est ptãs non ẽ petenꝰ ↄfitẽdo q̃ alij: ġ ꝛ ille põt absolui. sꝫ nõ a se nec a supiori: aut qꝛ frequẽter nõ hꝫ copiã eius: aut qꝛ nõ habet supiorẽ vt papa. ġ ꝛc̃. Quarto hoc idẽ ꝓbo similitudine: qꝛ sicut medicus infirmatus querit medicũ ꝛ medicinã non inquantũ medicus sꝫ inquantũ infirmus: sic etiã ꝑlatus ꝛ mediatorẽ querit sacerdotẽ inquãtũ pctõr ꝛ inquãtũ dei inimicus ẽ factꝰ p culpã. Et ↄfirmo hãc rõnẽ vel silitudinẽ sic: Remediũ vel medicina ↄ peccatũ est ↄfessio ꝛ absolutio. sed supiorẽ ꝑlatũ cõtingit peccare: ġ cum nõ possit seipm absoluere: vt ptꝫ.ↄ. inferior eũ põt ipm absoluere. Sꝫ forte argues in oppositũ. s. ꝙ ꝑlatus supior nõ põt dare licentiã suo inferiori ꝙ eũ absoluat duplici rõe. Prima ẽ talis: Nemo dat qđ nõ hꝫ. sꝫ ꝑlatꝰ supior nõ hꝫ iurisditõeꝫ se absoluẽdi: qꝛ nõ hꝫ ptãteꝫ supra se: ġ ꝛc̃. Rñdeo ꝛ dico ꝙ q̃uis non possit quis sibiipsi eẽ subiectꝰ: vt ptꝫ.ↄ. nihil ꝓhibꝫ ipm posse subijci alijs: maxime si ẽ libere ptãtis. Scđa rõ ad idẽ ẽ tal: Prelatus supior nõ põt dare auctoritatẽ vel iurisditõem alij excõicãdi se: ġ silr nec absoluẽdi. Rñdeo ꝛ dico: ꝙ excõicatio est ↄ hoiem. sed absolutio est p hoĩe. homo aũt nõ põt auctoritate sua vti ↄtra se q̃uis possit p se. Hec alex. ꝓlixe tangit. iiij. pte sum. q. cclxxxiij. arti. ij. vtꝝ sacerdos inferior põt absoluere supiorẽ ipo volente: in argu. ↄtra: ꝛ in cor. q. ꝛ in solu. ij. argu. Et b. Tho. clare ꝛ breuiter ponit. iiij. scri. sen. di. xix. de habentibꝰ claues: ar. ix. q. ij. vtrũ aliquis sacerdos possit suũ supiorem absoluere: in duobus argu. ↄ: ꝛ in cor. q.

¶ Qꝫ sacerdos nõ potest absoluere vel ligare ex quatuor defectibus.

CA.XIIII.

q Uarto ꝛ vltimo ꝑncipalr circa claues cõsiderare debemus vnũ culpabile. Siquis. n. sacerdos ꝑter motũ ꝛ instinctũ diuinũ vti sua ptãte ꝑsũpserit scḋm arbitriũ voluntatis ꝛ nõ scḋm iudiciũ rõnis absoluendo vel ligando aliquẽ: nõ cõsequet᷑ effectũ suũ: vt dicit Dionys. in fine eccl. ast. ce hierarchie. Uñ qꝛ sacerdos aliquis nõ põt absoluere vel ligare ex q̃ttuor defectibus attẽdi põt. s. ex defectu ↄtritõis: excõicatõis: iurisditõis: discretõis: ex q̃bus nulla est absolutio vel ligatio sacerdotis. Primo ex defectu ↄtritõis. nã ↄtritio absolutõem sacerdotis ꝑcedit. qđ ptꝫ: qꝛ sacerdos nunq̃ꝫ debet aliquẽ absoluere nisi estimet eũ cõtritũ: vt dicit. b. Tho. iiij. qđlibeto. q. x. vtrũ p absolutõem sacerdotis remittatur culpa: ar. ↄ. Scḋo sacerdos aliquẽ nõ põt absoluere ex reatu excõicatõis. qđ ꝓbo tã ex pte ↄfitẽtis q̃ꝫ ex parte sacerdotis. Pͥͦ ex pte ↄfitẽtis: qꝛ sacerdos nõ põt aliquẽ excõicatũ a pctõ absoluere excõicatõe manẽte: eo ꝙ absolutio ab excõicatõe dꝫ ꝑcedere absolutiõem a pctõ. Cuius rõ est: qꝛ q̃diu aliquis est excõicatus nõ põt recipe aliqđ eccle sacramẽtũ: vt dicit. b. Tho. iiij. scrip. sen. di. xviij. de excõicatiõe: arti. v. q. j. vtrũ quilibet sacerdos subditũ suum possit ab excõicatiõe absoluere: in solu. ij. argu. Et iterũ ibidẽ di. xix. de habentibꝰ claues: art. iij. q. iij. vtrũ sacerdos possit subditũ suũ absoluere: in solu. iij argu. 2ͦ hoc idem ꝓbo ex pte sacerdotis. s. ꝙ sacerdos excõicatus non põt aliquẽ absoluere ab excõicatõe et a crimine. qđ ꝓbo duplici rõne. Pͥͦ ex priuatione auctoritatis sic: Qui priuat᷑ auctoritate in subditos nullũ subditũ põt absoluere. sed sacerdos excõicatus priuat᷑ auctoritate vel iurisditione absoluendi p subtractõem supioris vel simpliciter vel ad tempus: ġ ꝛc̃. Secunda rõ est ex priuatõe charitatis sic: Charitas que facit vnionẽ eccle dimittit pctã. sed sacerdos excõicatus a charitate ꝛ vnione ecclesie est diuisus: ġ ꝛc̃. Tertia rõ ad hoc idẽ est tal: Nullus absoluit᷑ a pctõ scḋm hoc ꝙ peccat. sed aliq̃s ab excõicatis: scismaticis: hereticis: suspensis absolutõem pctõꝝ petens peccat faciens ↄtra ꝑcepta eccle: ġ p eos nullꝰ absolui põt. Hec. b. Tho. iiij. scri. sen. di. xix. de habẽtibꝰ claues arti. ij. q. ij. vtrũ scismatici: heretici: excõicati: ꝛ suspensi vsum clauiũ habeant. Dicit. n. Tꝫ in ꝑdictis manet ptãs clauiũ q̃tum ad essentiã non tñ manet q̃tum ad vsum. Cuius rõ est: quia vsus clauiũ qui requirit materie ꝑlatõem in subdito p ordinatõem eccle subtrahitur: qđ eccl'a facit a supradictis subditos subtrahẽdo: in duobus argu. ↄ: ꝛ in cor. q. Tertio sacerdos nõ põt absoluere ex defectu iurisditionis. Cuius rõ est: qꝛ ad absolutõem a pctõ requirit᷑ duplex potestas. s. ordinis ꝛ iurisditionis: vt patet. ↄ. iiij. ca. Potestas aũt ordinis nõ exit in actum vel vsum nisi mediante ptãte iurisditionis. Iurisditio aũt a maioribꝰ in inferiores descendit: ꝛ iõ nullus sacerdos aliquem põt absoluere in quem iurisditionẽ scḋm ordinatõem ꝛ auctoritatẽ supioris collatã nõ hꝫ: vt dicit. b. Tho. iiij. scrip. sen. di. xix. de habentibꝰ claues: arti. iij. q. j. vtrum sacerdos possit vti claue quã habet in quemlibet: in cor. q. ꝛ ibideꝫ. q. ij. vtꝝ sacerdos possit suũ subditũ absoluere: in cor. q. in pͥcipio. Quarto sacerdos non põt absoluere ex defectu discretõis: qđ dupliciter ꝓbo. pͥͦ similitudine sic: Sicut est de claue materiali ita etiam de claue spũali. sed non habens clauẽ materialem nõ põt claudere vel apire. ergo nõ habens clauẽ spiritualẽ q̃ dat᷑ cũ ordine sacerdotali. s. auctoritatẽ discernẽdi nõ põt soluere vel ligare. 2ͦ ꝓbo hoc ideꝫ rõne sic: Duplex. n. est clauis spũalis. s. ptãs vel auctoritas iudicandi: ꝛ ligandi. Prima clauis. s. auctoritas iudicãdi vel discernendi inter leprã ꝛ leprã: ꝛ inter leprã ꝛ nõ leprã nõ ꝓuenit ex scia acq̃sita vel infusa qđ ptꝫ: qꝛ hac scia deficiẽte adhuc nõ desinit eẽ clauis: sed ꝓuenit talis ptãs ex auctoritate q̃ sacerdoti cõfert᷑ in ordine qñ cõfert᷑ character. ꝛ hec ẽ clauis scie q̃ sacerdoti ↄ̃dit cui sit apiendũ. Scḋa clauis ẽ ptãs ligãdi q̃ imediate aptꝰ regnũ pctõris ꝛ ꝑsupponit primã clauem. Actus aũt prime clauis q̃ est iudicare inter dignos ꝛ indignos: requirit duo ex q̃bus integrat᷑. s. auctoritatẽ iudicandi: ꝛ scientiã: qđ patꝫ

qnẽs apprehẽsionẽ alicuiꝰ rei nostrã facultatẽ excedẽtẽ. Sextus actꝰ est oratio: qꝛ hõ in oratione accipit cognitionẽ veritatis a deo: ⁊ idõ necessaria ẽ oratio fm illud Sapiẽtie. vij. Inuocaui ⁊ venit in me spũs sapientie. Septimus actꝰ est auditio verbi dei: qꝛ p auditũ verbi dei hõ accipit cognitionẽ diuine veritatis ab alio. vñ de Maria p quã vita ↄtẽplatiua designatᷣ: dicitur Luce. x. ꝙ sedens secꝰ pedes dñi audiebat verba illius. Octauꝰ actus est lectio: fm ꝙ hõ accipit cognitionẽ veritatꝭ ab eo qđ scriptũ est. Hec. b. Tho. scđa scđe. q. clxxx. arti. iij. vtrũ ad vitã ↄtemplatiuã ptineãt diuersi actus: in corꝫ. q. ⁊ in solu. iij. arg. p totũ. Scđo dico ꝙ ad vitã ↄtemplatiuã ptinent diuersi ↄtẽplationis gradꝰ. vñ Riccardꝰ de sancto victore ponit sex species ↄtẽplationis: qbus p creaturas quasi sex gradibꝰ in dei cõtẽplationẽ ascenditᷣ. Primus gradus ẽ pceptio vel cognitio sensibiliũ seu corpaliũ. Secũdus ẽ dispositio vel ordinatio eorundẽ. Tertiꝰ est progressus a sensibilibꝰ ad intellectibilia. Quartus est ↄsideratio absoluta intelligibiliũ in que p sensibilia deuenitᷣ. Quintꝰ est ↄsideratio intelligibiliũ que p sensibilia non possunt cognosci: sed p rõem. Sextꝰ est ↄsideratio intelligibiliũ que rõe humana nec inueniri põt nec apprehẽdi: sed sola irradiatione diuini luminis: sicut illa que nobis de trinitate traduntᷣ vt in hac cognitione pficitᷣ contẽplatio vie. Ubi nota ꝙ quis istas sex ↄsideret interdũ ↄtẽplatiuꝰ nõ tamẽ in his pncipaliter vita ↄtẽplatiua cõsistit. Hec. b. Tho. scđa scđe vbi. s. arti. iiij. vtrũ vita ↄtemplatiua solũ in dei ↄtẽplatione ↄsistat: in solu. iij. arg. Et iterũ. iij. scrip. sen. dist. xxxv. arti. ij. vtrũ oĩs actus intellectus ad vitã ↄtẽplatiuã ptineat: in solu. iij. arg. Tertio dico: ꝙ ad vitã ↄtemplatiuã ptinẽt diuersi motus. vnde Diony. iiij. ca. de diui. no. distinguit cõtẽplationẽ p tres motus. s. circularẽ: rectũ: ⁊ obliquũ siue reflexum. qđ ista rõne facit: qꝛ in motibꝰ corpalibus pfectiores ⁊ pmi sũt motus locales: vt. vj. physicorũ pbatur: ⁊ idõ sub eorũ similitudine opationes intelligibiles describuntᷣ. Motꝰ autẽ localis pncipaliter sunt tres differentie. s. rectus: fm quẽ aliqđ pcedit ab vno in aliũ: obliquꝰ vel reflexus quasi ↄpositus ex vtroqꝫ: circularis fm quẽ aliqđ mouetᷣ vniformiter circa idẽ centrũ. sic ẽ in opationibꝰ intelligibilibus vel intellectualibꝰ. Aliter tñ in aĩa: ⁊ aliter in angelo qđ sic pꝫ: nã motꝰ rectus in aĩa ẽ fm ꝙ aĩa intelligẽdo pcedit ab exterioribꝰ sensibilibus ad cognitionẽ intelligibiliũ. Motꝰ obliquus vel reflexꝰ in aĩa est put mens diuinis illuminationibꝰ ratiocinãdo vtitᷣ. Motꝰ vero circularis in aĩa ẽ qñ cessante discursu figitᷣ intuitꝰ anime in ↄtẽplatione vniꝰ simplicis veritatis. Ad qđ faciendũ oꝫ ꝙ ab aĩa duplex desormitas amoueatᷣ. Pria est vt aĩa relinquat exteriora ⁊ introeat ad seipam. Scđa desormitas est p discursũ rõnis ab vno in aliud: vt. s. cessante discursu ab vno ĩ aliud figatᷣ intuitꝰ aĩe in ↄtemplationem vniꝰ simplicis veritatis. In angelis vero motꝰ rectus nõ põt accipi fm ꝙ ĩ ↄsiderãdo angelꝰ pcedit ab vno ĩ aliũ: qꝛ in angelis nõ ẽ rõnis discursus sed solũ fm ordinẽ sue puidẽtie. s. fm ꝙ angelꝰ supior inferiores illuminat p modos. Motꝰ obliquus seu reflexꝰ in angelis est ↄpositus ex vtroqꝫ motu. s. ex recto ⁊ circulari: inquantũ fm ↄtẽplationẽ dei inferioribꝰ puidet. Motus vero circularis inest inquantũ vniformiter ⁊ indefinẽter absqꝫ pncipio ⁊ fine intuentᷣ deũ sicut motꝰ circularis carẽs principio ⁊ fine vniformiẽ est circa idẽ centrũ. Patet igitᷣ ex pmissis quõ Dionysiꝰ istos tres motus aliter assignat in aĩa: ⁊ aliter in angelo. Hec. b. Tho. scđa scđe. q. clxxx. arti. vj. vtrũ ↄtẽplationis opatio ↄueniẽter distinguatᷣ p tres motus. s. circularẽ: rectũ: ⁊ obliquũ. in corꝫ. q. ⁊ ĩ solu. ij. ⁊. iij. arg. in fine. Quarto ⁊ vltĩo ad vitã ↄtẽplatiuã ptinent diuersi effectꝰ ex qbus manuducitᷣ hõ in ↄtẽplatiõe dei in via. Unñ Bern. in lib. de ↄsideratione dicit: ꝙ quadruplex ẽ spẽs ↄtẽplatiõis. pma ẽ admiratio maiestatꝭ. scđa est ↄtẽplatio iudicioꝝ dei. tertia ẽ ↄtẽplatio bñficiorum eiꝰ. quarta ẽ ↄtẽplatio pmissoꝝ: ita ꝙ pma spẽs ↄtẽplationis ẽ ↄsideratio diuine maiestatis. scđa ẽ ↄsideratio diuine seueritatis. tertia ẽ ↄsideratio diuine largitatis puta bñficioꝝ dei. quarta ẽ ↄsideratio diuiẽ pmissionis ex qbꝰ manuducitᷣ hõ in cognitionẽ opeꝝ dei: ⁊ p ↄñs dei p eiꝰ effectꝰ. qđ de singulis pꝫ. pꝰ enĩ ex ↄsideratiõe diuine maiestatis manuducitᷣ hõ in admirationeꝫ dei: in quã. s. admiratio q̃ ẽ spẽs timoris ↄsequitᷣ apprehẽsionẽ alicuiꝰ rei ĩ deo excedẽtis facultatẽ nostrã. 2ꝰ ex ↄsideratiõe diuiẽ seueritatis. s. iudicioꝝ dei manuducitᷣ hõ ĩ cõtẽplationẽ diuiẽ iusticie. 3ꝰ ex ↄsideratiõe diuiẽ largitatis. s. bñficioꝝ dei manuducitᷣ hõ in ↄtẽplationẽ diuine miẽ seu grẽ q̃si p effectꝰ exhibitos. 4ꝰ ex ↄsideratiõe diuine pmissionis manuducitᷣ hõ in ↄtẽplationeꝫ diuine bonitatis q̃si p effectꝰ exhibẽdos: ita ꝙ pmo ↄsideratio vł ↄtẽplatio diuiẽ maiestatis ẽ cã vt admiremur. scđo ↄsideratio iudicioꝝ dei ẽ cã vt ↄuertamur ⁊ humiliemur. tertio ↄsideratio diuine curialitatꝭ. s. bñficioꝝ dei ẽ cã vt regratiemur. q̃rto ↄsideratio diuine pmissiõis est cã vt speremꝰ ⁊ ↄsolemur. Hec. b. Tho. scđa scđe vbi. s. art. iiij. vtrũ vita ↄtẽplatiua ↄsistat solũ in ↄtẽplatiõe dei ĩ so. ij. arg. Cassianꝰ etiã ĩ collatiõibꝰ patrũ dicit: ꝙ quattuor ↄsideratiõibꝰ mẽs nr̃a eleuatᷣ in dei ↄtẽplationeꝫ vel cognitionẽ ĩ pñti vita. pꝰ enĩ ↄsiderãdo creaturaꝝ pductionẽ ⁊ gubernationẽ cognosco dei potẽtiã infinitã. 2ꝰ ↄsiderãdo creaturarũ ordinẽ ⁊ pulcritudinem cognosco dei sapiam infinitã. 3ꝰ ↄsiderãdo diuersa flagitia ⁊ pctã ↄmissa ⁊ nõ punita cognosco immẽsaꝫ clemẽtiã. 4ꝰ cõsiderãdo nãm hũanaꝫ a vbo assumptã ⁊ repatã cognosco dei ineffabilẽ gratiã. ⁊ miam copiosaꝫ. Ex pmissis gꝫ ꝙ ↄtẽplatiuꝰ etiã ↄsiderat alia inquãtũ ad dei ↄtẽplationẽ ordinantᷣ: puta creaturas ĩ qbus admiratᷣ diuinaꝫ maiestatẽ ⁊ sapiam ⁊ bñficia dei ex qbꝰ inardescit ĩ eiꝰ amorẽ ⁊ ppa pctã ex quoꝝ ablutiõe mũdatᷣ cor vt deum videre possit. Et pp hꝰ Bern. scđam speciẽ ↄtẽplationis ponit q̃ qsqꝫ dei iudicia ⁊ pctã sua recogitat: vt pꝫ. s. Hec. b. tho. iij. scri. sen. di. xxxv. arti. ij. q. iij. vtrũ oĩs actus intellectus ad vim ptineat ↄtemplatiuã: in corꝫ. q.

¶ Qꝫ vita contẽplatiua q̃ttuor excellẽtes ↄditiões hꝫ. CA. IIII.

Tertio pncipaliter circa vitã ↄtemplatiuã cõsiderãda ẽ ↄmẽdatio qua ex tollitᷣ. Nã vita ↄtẽplatiua q̃ttuor excellẽtes ↄditiões hꝫ. s. nobilitateꝫ: delectabilitatẽ: diuturnitatẽ: vtilitatẽ. Est enĩ vita ↄtemplatiua nobilis: delectabilis: durabilis: vtilis. Primo vita contẽplatiua ẽ nobilis. qđ probo specialiter dupliciratione. s. ex pte eius qđ aspicit qđ est summũ: ⁊ ex pte eius quo aspicit qđ est optimũ. Prima ratio quare vita ↄtẽplatiua ẽ nobilis ẽ ex pte eius qđ aspicit quod ẽ mentibꝰ summũ: qꝛ vita ↄtẽplatiua aspicit ipm deũ q̃ ẽ summuꝫ bonũ. Qꝫ aũt vita ↄtẽplatiua aspiciat ipm deũ ex significatiõe nois pꝫ: qꝛ nomẽ ↄtẽplatiõis significat illuꝫ actũ qꝰ qs deũ in seipo ↄtẽplatᷣ. Et p hoc differt ↄtẽplatio a speculatiõe: qꝛ speculatio magꝭ noiat illũ actũ qꝰ qs diuina ĩ rebꝰ creatꝭ q̃si ĩ speculo aspicit. hãc rõem ⁊ distinctionẽ assignat. b. Tho. iij. scri. sen. di. xxxv. arti. ij. q. iij. vtrum oĩs actus intellectꝰ ad vitã ↄtẽplatiuã ptineat: in corꝫ. q. Scđa ratio q̃re vita ↄtẽplatiua ẽ nobilis ẽ ex pte eiꝰ qꝰ aspicit qđ ẽ optimũ: qꝛ vita ↄtẽplatiua ↄuenit homĩ fm illud qđ ĩ hoĩe ẽ optimũ. s. fm ĩtellectũ. g̃ ipa vita ↄtẽplatiua nobilior ẽ actiua q̃ ↄuenit homĩ fm sensuꝫ. Hãc rõneꝫ tãgit ⁊ assignat. b. Tho. scđa scđe. q. clxxxij. arti. j. vtrũ vita actiua sit potior contemplatiua: in corꝫ. q. in pncipio.

Et est prima eius rõ de nouẽ rõnibus quas ibi ponit.
Sʒ qꝛ in prima rõne dictũ est ꝙ ↄtẽplatio signat illum
actũ quo q̇s deũ in seipo ↄtẽplaꝭ vel aspicit:posset aliq̇s
querere:vtrũ vita cõtẽplatiua ſm statũ pñtis vite possit
ptingere ad visionẽ diue essentie. Rñdeo ⁊ dico ꝙ non.
Hoc aũt duplr ꝓbo. pᵒ auctoritate.b.Greg.sup Ezech.
sic dicentis:Quãdiu in hac vita mortali carne viuiꝭ:nul
lus ita cõtemplatõis virtute ꝑficit:vt in ipo circũscripti
luminis radio mentis oculos infigat. 2ᵒ hoc idẽ ꝓbo rõ/
ne sic:Cõtemplatio hũana ſm statũ pñtis vite nõ põt eẽ
absq; fantasmatibus:qꝛ cõnaturale est hoĩ vt spẽs intelli
gibiles in fantasmatibꝰ videat:sicut dicit phs in.iij.li.de
aĩa.sʒ p nullã spẽm vel siĩitudinẽ creatã sensibilẽ vel in/
telligibilẽ diũa essentia videri põt:g̃ ⁊c. Ubi nota: ꝙ in
hac vita põt esse aliq̇s duplr:vel vt actualr vtens sensibꝰ
vel vt potentialr vtens sensibꝰ.pᵒ vt actualr vtens sensibꝰ
⁊ sic cõtẽplatio pñtis vite nullo mõ eleuari põt ad deuʒ
p eẽntiã aspiciẽdũ:vt pʒ in rõne pmissa.2ᵒ aĩa exñs in
corpe põt cõsiderari nõ vt actualr:sed vt potentialr vtẽs
sensibꝰ:inquantũ aĩa existens cõiuncta corpori vt for/
ma:nõ actualr vtaꝭ sensibus ⁊ aut imaginatiõe sic acci/
dit in raptu pauli.Et põt ↄtemplatio huiꝰ vite ptingere
ad visionẽ diue eẽntie.vñ supmus gradus cõtẽplatõis p
sentis vite ẽ qualẽ habuit paulus in raptu ſm queʒ fuit
medio mõ se hñs inter statũ pñtis vite ⁊ future. Hec he.
Tho.scda scdẽ.q.clxxx.arti.v.vtꝝ vita ↄtẽplatiua ſm sta/
tum huiꝰ vite possit ptingere ad visionẽ diue eẽntie:arg.
ↄ:⁊ in cor.q.⁊ in so.ij.arg.Re.ẽ.Beatitudo:⁊ infra Ra/
ptus:⁊ infra Uisio diue eẽntie. ¶Qꝫ vita cõtẽplati/
ua est in hac vita maxime delectabilis. CA.V.

Ecundo dico ꝙ vita cõtẽplatiua est delectabiꝭ:
ſ hʒ.n.ↄtẽplatio dei q̃ est ꝑncipalis actus vite cõ/
tẽplatiue delectatõem maximã. qđ quadruplr
ꝓbo.s.auctoritate:rõne:siĩitudie:cõpatõe. Primo ꝓbo
auctoritate Sapiẽ.viij.vbi loquẽs de cõtẽplatõe dei sic
ait:Nõ hʒ amaritudinẽ cõuersatio illiꝰ:nec tediũ cõui/
ctus eius:sʒ gaudiũ ⁊ leticiã. Scdo hoc idẽ ꝓbo rõe sic
Aliqđ.n.est alicui delectabile duplici rõne.Pria est ex p
te opatõis cõueniẽtis:qꝛ vnicuiq; ẽ delectabilis opatio
q̃ ei cõuenit ſm naturã suã.sic hoĩ put ẽ aĩal rõnale dele/
ctabile ẽ cõtẽplari veritatẽ.nã oẽs hoĩes natura scire de
siderãt.Scda rõ est ex pte obiecti eminẽtis ⁊ ꝑficientis
inq̃tũ aliq̇s delectaꝭ cũ rẽ amatã ↄtẽplaꝭ:⁊ pp h̃ hoĩes
in cognitõe vitatis delectanꝭ. Tertio hoc idẽ ꝓbo sili/
tudine in visu corꝑali.nã visio corꝑalis duplici rõne ẽ de
lectabilis.pma ẽ ex eo ꝙ ipm videre ẽ delectabile.Secũ
da est ex eo ꝙ q̇s videt ꝑsonã amatã. Sic a siĩi vita ↄtẽ/
platiua est delectabilis duplici rõne.pma ẽ rõne ipiꝰ cõ/
tẽplatõis.scda est rõne ipius diuini amoris.vñ Greg.su
per Ezech.dicit:ꝙ cũ aliq̇s ipm quẽ amat viderit:ĩ amo
re ipius ampliꝰ inardescit. Quarto hoc idẽ ꝓbo cõpa/
tõe.Ubi nota ꝙ sicut ↄtẽplatio dei ĩ hac vita ẽ impfecta
respectu cõtẽplatõis pñe:ita etiã delectatio ↄtẽplatiõis
vie ẽ impfecta respectu delectatõis ↄtẽplatõis pñe:de q̃
delectatõe in psal.dꝛ:Torrẽte voluptatꝭ tue potabis eos
nihilominꝰ tñ ↄtẽplatio dei in via etsi sit impfecta respe
ctu ↄtẽplatõis pñe:ẽ tñ delectabilior oĩ alia delectatõe:
vel quacũq; alia alteriꝰ rei ↄtẽplatõe:⁊ hoc pp excellẽtiã
rei.s.dei ↄtẽplati q̃ tñ placet.hoc aũt duplr ꝓbo.s.aucto/
ritate ⁊ figura.Primo auctoritate Greg.sup Ezech.sic di
cẽtis:Cõtẽplatiua vita amabilis valde dulcedo est que
sup semetipam aĩam rapit:celestia aperit:spũalia mentꝭ
oculis patefacit.vñ pᵒ agnitõem ⁊ gustatõem illiꝰ suaui
tatis alia cõtemnunꝭ.Qđ scdo sub figura ostdo. dꝛ eniʒ
Gen.xxxij.ꝙ postq̃ Jacob dixit:Uidi dñm facie ad fa/
ciẽ:claudicabat pede:eo ꝙ tetigerit angelus neruũ femo
ris eiꝰ ⁊ obstupuerit.vñ Greg.sup Ezech.sic ait:Jacob pᵒ
cõtemplatõem vno pede claudicabat:qꝛ necesse ẽ vt de/
bilitato amore seculi:conualescat aliq̇s ad amorẽ dei.Et
iõ post agnitõem ⁊ gustatõem suauitatis dei:vnus ĩ no/
bis sanꝰ pes remãet atq; aliꝰ claudicat.Qis.n.q̃ vno pede
claudicat solũ illi pedi innititꝭ quẽ sanũ hʒ. Hec.b.t.scda
scdẽ.q.clxxx.ar.vij.vtꝝ ↄtẽplatio delectatõeʒ hẽat p totũ.
¶Qꝫ vita cõtẽplatiua ẽ durabilis. CA.VI.

Ertio principalr dico:ꝙ vita cõtẽplatiua est du
t rabilis. Nã vita cõtẽplatiua ẽ diuturna duplr:
⁊ ſm naturã:⁊ quo ad nos:vel ex pte sua: vel ex
pte nr̃a. Primo dico ꝙ vita cõtẽplatiua ſm suã nãm
est diuturna ⁊ hoc duplici rõne. Prima ẽ:qꝛ versaꝭ cir/
ca incorruptibilia ⁊ ĩmobilia.s.circa diũa.Scda ẽ:qꝛ nõ
hʒ ↄrietatẽ:delectatõi.n.que ẽ in cõtẽplãdo vel diũa cõ/
siderãdo nihil ẽ cõtrariũ:vt dꝛ in.j.topi.⁊ hoc idẽ pʒ ca.
pce. Scdo vita ↄtẽplatiua ẽ diuturna quo ad nos vel
ex pte nr̃a.⁊ hoc duplici rõne.Prima ẽ:qꝛ cõpetit nobis
ſm actõem incorruptibilis ptis aĩe.s.ſm intellectũ. Se/
cũda est:qꝛ in opibus vite cõtẽplatiue corꝑaliter nõ la/
boramus.vñ in hꝰmõi opibus magis cõtinue persistere
possumꝰ.⁊ iõ vita cõtemplatiua post hãc vitã põt dura/
re.Uita aũt actiua cessat:nec post hanc vitã durare põt:
vt patebit infra Uita actiua.Et pp hoc dꝛ Luce.x.đ ma/
ria p quam vita ↄtemplatiua designaꝭ:Maria optimã
ptem elegit que nõ auferet ab ea. Ad cuius euidẽtiaʒ
nota duo.Primũ est ꝙ vita cõtemplatiua q̃tuʒ ad mo/
dum cõtemplatõis vie nõ remanet in patria.Cuiꝰ rõ est
qꝛ modus cõtẽplatõis vie est p fidẽ que nõ manet in pa
tria.vñ dicit aplus.j.ad Corith.xiij.Sciẽtia destrueꝭ:ma/
net tñ modꝰ ↄtẽplatõis vie in patria q̃tũ ad actũ chari/
tatis in qua cõtẽplatio ⁊ ꝑncipiũ ⁊ finẽ hʒ.hoc est qđ di
cit Greg.sup Ezech.Cõtẽplatiua vita hic incipit vt in ce
lesti patria ꝑficiaꝭ:qꝛ amoris ignis q̇ hic ardere inchoat
cũ ipm quẽ amat viderit in amore ipius ampliꝰ ignescit
Scdm est ꝙ vita cõtemplatiua nõ põt diu durare q̃tuʒ
ad summũ actũ vel gradũ cõtemplatõis qui est vt attin/
gat ad vniformitatẽ diue cõtemplatõis que est in patria
vt Diony.iiij.ca.de diui.no.dicit:Tñ q̃tũ ad alios con/
templatõis actus põt diu durare:vt ex rõnibꝰ supradictꝭ
pʒ. Hec.b.Tho.scda scdẽ q.clxxx.arti.viij.vtrũ vita ↄtẽ/
platiua sit diuturna:arg.ↄ:⁊ in cor.q.⁊ in solu.j.⁊.ij.arg.
¶Qꝫ vita cõtẽplatiua est vtilis ad merendũ:⁊ q̃ est ma
ioris meriti:an vita cõtẽplatiua an actiua. CA.VII.

Uarto principalr dico:ꝙ vita cõtemplatiua est
q vtilis ad merenduʒ. Sed forte queres: que est
maioris meriti an cõtemplatiua vel actiua. Re/
spondeo pmittens duas distinctõẽs.s.de merito ⁊ đ vi/
ta actiua. Primo.n.distinguo de merito ⁊ dico:ꝙ du
plex est meritũ.s.dimissionis culpe:⁊ consecutõis glorie
Primo ergo loquendo de merito dimissionis culpe
maioris meriti diciꝭ esse vita actiua q̃ ↄtemplatiua qđ
tripliciter ꝓbo.s.auctoritate:rõne:⁊ siĩitudine.pᵒ auctori
tate Grego.sup Ezech.sic dicentis:nullũ sacrificiũ est ma
gis acceptũ deo q̃ regimen vel salus vel zelus animarũ.
sed p zelum salutis aĩarũ aliquis se cõuertit ad opa vite
actiue ergo vita actiua est maioris meriti. 2ᵒ hoc idem
ꝓbo rõne sic: Merces debeꝭ labori: ſm illud aplĩ.j.ad
Corinth.iij.Unusquisq; ꝓpriam mercedeʒ accipiat ſm
laborẽ suum.sed vita actiua est laboriosior inquantũ sa/
tagit circa frequẽs ministeriũ:vt diciꝭ Luce.x.vita autẽ
cõtẽplatiua in quadã quiete ↄsistit.vñ vita actiua plus
hʒ de rõne satisfactõis:g̃ est maioris meriti. 3ᵒ hoc ideʒ
ꝓbo siĩitudine hũane amicitie cõpate ad diũã:qꝛ in hũa
na amicitia hoc videmꝰ:qꝛ verꝰ amicꝰ magis q̃rit bonuʒ
amici q̃ de eius pñtia delectari.sic in diũa amicitia for/

tioꝛ͛ s vel maioꝛis charitatis ſm gen͛ſuũ videt̃ hoc ipm
eſſe.ſ.ꝙ hõ ꝑtermiſſa cõſolatõe qua in dei cõtẽplatõe re
ficit̃:gl'iaꝫ dei in alioꝝ ↄuerſionẽ querat. Jta dr̃ ad Ro.
ix.Optabã anathema eſſe a xp̃o ꝓ fratrib⁹ meis.q.d.de
ſiderabã ad tp̃s vel ad horã ſeparari a xp̃o:nõ q̃dẽ ꝑ culpã
qꝛ nulli licet peccare vt alijs bñfaciat: ſꝫ ꝑ penã inquãtũ
affectabat a diue ↄtẽplatõis dulcedine ſeparari ad horã vt
voluntatẽ dei ꝑfiteret ꝑficeret in aiaꝝ ſalutẽ. Scḋo
dico ꝙ loquẽdo de merito cõſecutõis glorie vita cõtem
platiua ẽ maioꝛis meriti q̃ꝫ actiua.qḋ tripl'r ꝓbo. aucto
ritate:rõne:⁊ ſigno. P̃⁹ auctoꝛitate Greg.ſup Ezech.ſic
dicẽtis. Magna ſunt vite actiue merita.ſꝫ vite cõtempla
tiue potioꝛa. 2⁹ ꝓbo hoc idẽ rõe ſic:Meritũ magis cõ
ſiſtit in dilectõe dei q̃ꝫ p̃rimi.ſꝫ in vita cõtemplatiua hõ
magis inſiſtit dilectõi dei.in actiua etiã vita magis inſi
ſtit hõ in dilectõe p̃rimi:ḡ vita cõtẽplatiua eſt maioꝛis
meriti q̃ꝫ vita actiua. 3⁹ hoc idẽ oñdo ſigno expreſſioꝛi.
Ubi nota ꝙ aliter labor exterioꝛ auget p̃miũ ⁊ aliẽ cha
ritas:qꝛ labor exterioꝛ opat̃ ad augmẽtũ p̃mij accidẽta
lis.charitas vͦo opat̃ ad augmẽtũ p̃mij eẽntialis.naꝫ au
gmentũ p̃mij eẽntialis principal'r cõſiſtit in charitate. ⁊
iõ ſi labor exterioꝛ toleratus ꝓꝑ xp̃m ẽ ſignũ charitatis:
multo expreſſius ſignũ charitatis eſt ꝙ aliq̇s ꝑtermiſſis
oĩbus que ad vitã ꝑtinẽt ſoli cõtemplatõi diue vacare
delectet̃. Scḋo diſtinguo de vita actiua ⁊ dico: ꝙ vi
ta actiua hꝫ duas ptes. Prima ẽ q̃ illa circa ſui moderatõ
nem vel gubernatõem ſtudet. Secũda ẽ qua de ꝓfectu
alioꝝ inuigilat.Dico ḡ ꝙ vita cõtẽplatiua q̃ꝫ ad inten
tõem meriti ẽ minoꝛis meriti illa pte vite actiue q̃ circa
ſui moderatõem ⁊ ꝓuiſionẽ ſtudet:⁊ eſt maioꝛis meriti
illa pte vite actiue q̃ ꝓfectui alioꝝ inuigilat ⁊ ex p̃miſſis
pꝫ:ita ꝙ he due vite videt̃ ſe hr̃e ſicut excedẽtia ⁊ exceſ
ſa. Hec.b.Tho.iij.ſcri.ſen.di.xxxv.arti.iiij.q.ij. vtrũ vita
cõtẽplatiua ſit maioꝛis meriti q̃ꝫ actiua:vel ecõuerſo:in
coꝛ.q.Et iterũ ſcḋa ſcḋe.q.clxxxij.arti.ij.ſub eodẽ titulo.
arg.3:⁊ in coꝛ.q.⁊ in ſolu.j.argu. ¶ Qꝫ vita cõtẽplati
ua ſimpl'r ⁊ abſolute ẽ nobilioꝛ vita actiua. CA.VIII.

Uarto ⁊ vltimo circa vitã cõtẽplatiuã ↄſiderã
q da ẽ cõpatio q̃ ꝑfert̃. Naꝫ vita cõtẽplatiua ſim
plicit͛ ⁊ abſolute potioꝛ ẽ vel nobilioꝛ vita acti
ua. Hoc aũt quattuoꝛ rõnib⁹ ꝓbo.ſ.rõne opatõis dilecti
onis delectatõis ⁊ quietatõis. Primo rõe opatõis ſic:
Jlla vita ſimpliciter ⁊ abſolute ẽ nobilioꝛ:cui⁹ actus vel
opatio eſt nobilioꝛ.Sed opatio vite cõtẽplatiue eſt no
bilioꝛ opatione vite actiue: ergo ⁊c̃. Qꝫ aũt actio vite
cõtemplatiue ſit nobilioꝛ ⁊ ꝑfectioꝛ opatione vite actiue
ꝓbo duplici rõne.p̃⁹ rõne p̃ncipij a quo pducitur quia
actio vite cõtemplatiue cõuenit homini ſm illud quod
eſt optimũ in ip̃o.ſ.ſm intellẽctũ. 2⁹ rõne obiecti quod
attingit̃:quia ꝑ hanc actõem intellectus.ſ.ꝑ cõtemplatõ
nẽ attingit̃ obiectũ nobiliſſimũ qḋ eſt deus:ab his duo
bus deficit opatio vite actiue.nam in opatõib⁹ vite acti
ue cõmunicãt etiã vires inferioꝛes que ſunt cões nobis
⁊ brutis. Secũdo ꝙ vita cõtemplatiua ſimplicit̃ no
bilioꝛ ſit vita actiua ꝓbo rõne dilectõis ſic: Rõ exigit na
turalis ꝙ ſi amoꝛ eſt boni eo ꝙ nihil amat̃ niſi ſub rõne
boni:maioꝛ amoꝛ debet eſſe maioꝛis boni. ſed vita con
templatiua magis diligit̃ q̃ꝫ vita actiua:ḡ ⁊c̃.Qꝫ aũt vi
ta contẽplatiua magis diligat̃ q̃ꝫ actiua tali rõne oñdo:
Jllud qḋ ꝓꝑ ſe diligit̃ magis diligitur q̃ꝫ illud qḋ dili
gitur ꝓpter aliud.ſed vita actiua ꝓpter aliud diligitur.ſ.
ꝓpter illud ad qḋ oꝛdinat̃.videlicet ꝓpter vitam cõtem
platiuã.vita aũt cõtemplatiua diligit̃ ꝓpter ſeipſam tan
q̃ꝫ vltimus finis. Jta dicit Aug.in li.de trini.ſ.ꝙ vita cõ
templatiua que in clara dei cognitiõe cõſiſtit p̃mittit̃
nobis vt finis omniũ actionũ ⁊ eterna poſſeſſio gaudio

rum.vita aũt actiua ad aliud ſimpl'r oꝛdinat̃.et pꝫ ꝑ da
in pſal.Unam petij a dño hanc requiraꝫ ⁊c̃. Ubi glo. ſic
ait:Unam.ſ.rem.i.ipm deũ petij a dño. quaſi dicat ſm
glo.ꝙ mali quidẽ multiplicia querunt:ego tñ vnã rem
.ſ.ipm deum videre ⁊ habere quero.Uel aliter ſm Glo.
Hiero.Unam.i.vnum.ſ.ipm deum:quare?quia vnũ eſt
neceſſariũ.ſ.habere deũ.Et ſubdit̃:Ut inhabitẽ i domo
dñi.i.in eccl'a fideliũ ⁊ numero ⁊ merito.Omnibus die
bus vite mee.i.q̃ꝫdiu viuo vt nulla aduerſitas ab vnita
te fideliũ me excludat. Hec ibidem in glo. Tertio ꝙ vi
ta cõtemplatiua ſimpliciter nobilioꝛ vel melioꝛ ſit acti
ua ꝓbo rõne delectatõis: quia maioꝛ eſt delectatio vite
cõtemplatiue q̃ꝫ actiue:eo ꝙ vita cõtemplatiua habꝫ de
lectatõem ſine amaritudine:vita vͦo actiua amaritudinẽ
habet annexam.vñ ſup illo verbo Luce.x. Martha mar
tha ſolicita es ⁊ turbaris erga plurima. Aug.in li.de ver
bis dñi ſic ait: Martha martha. Repetitio noĩs indiciũ
eſt dilectõis aut foꝛte mouende intentõis:bis vocata au
dit: Turbaris erga plurima.i.circa multa es occupata.
vult.n.homo occurrere quãdo miniſtrat:⁊ aliqñ nõ põt
querit̃ qḋ deeſt:parat̃ qḋ deeſt:diſtendit̃ animus.ideo
dicit̃:Turbaris erga plurima. Nam dum martha turba
bat̃ Maria epulebat̃.Uel aliter:Turbaris erga pluria.
q.d. Multa ſunt:diuerſa ſunt:qꝛ carnalia:qꝛ tp̃alia ſunt
in quib⁹ turbaris.Sed certe vnũ eſt neceſſariũ:in q⁹ nul
la põt eſſe ꝑturbatio.ꝓponit̃ vnũ.n.multis: nõ.n.a mul
tis vnũ.ſed multa ab vno.vñ vnũ eſt neceſſariũ.ſ. deus.
cui adherere bonũ eſt:vnũ ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſan
ctus.ad hoc vnũ nõ nos pducit niſi multi habeamus cor
vnũ. Hec Aug.ibidẽ. Quarto ꝙ vita ↄtemplatiua ſim
pliciter melioꝛ ſit actiua ꝓbo rõne quietatõis ſic: Quies
melioꝛ eſt motu qui ⁊ laboꝛẽ ⁊ indigentiã cõnectit.ſed vi
ta actiua eſt in laboꝛe cõtinuo.vita vͦo cõtemplatiua eſt
in quiete qḋ figurat̃ Luce.x.ꝑ marthã ⁊ mariã. Nam d̃
martha ꝑ quam vita actiua ſignificat̃:dicit̃ ꝙ Martha
ſatagebat circa frequens miniſteriũ.De maria vͦo ꝑ quã
vita cõtemplatiua deſignat̃:dicit̃ ꝙ ſedens audiebat ver
bum dñi:ita ꝙ martha ſtans laboꝛat: Maria ſedẽs quie
ſcit. Martha reficit carnẽ in qua eſt verbũ: Maria vͦo
reficit̃ verbo incarnato. Jta dicit Greg. Uita actiua pa
ſcit deum. vita vͦo cõtemplatiua paſcit̃ a deo. Pꝫ igit̃ ex
p̃miſſis ꝙ vita actiua eſt in ſollicitudiñe ⁊ laboꝛe:vita vͦo
contemplatiua eſt in quiete vñ in pſal. Uacate ⁊ videte
qñ ego ſum deus ⁊c̃.Dicit aũt Uacate.⁊ rõ huius eſt:q͛
opꝫ vacare ab oĩbus rebus mutabilib⁹ ſi quis vult veni
re ad cognitõem rei imutabilis.vñ Greg. Uacare q̃ terre
narũ actionũ ſtrepitus ꝓ diuino amoꝛe intermittẽdo poſt
ponunt:ne dum in via indeſinentẽ occupant̃ coꝛ ſundit⁹
a ſummis cadat. Albertus ſic exponit ſup pſal. Uacate a
peccatis:a negocijs ſeculi:a ꝑturbatõibus animi.Et ſub
dit̃ videte.ſ.mente que quanto fuerit purioꝛ tanto verũ
facilius ⁊ clarius intuebit̃.Et ſubiungit:ad quẽ finẽ vel
ad quid debeat quis vacare ⁊ videre.ſ.vel ad cognoſcen
dũ xp̃m eſſe deum:ideo dicit Uidete qñ ego ſum deus:
⁊ nõ alius deus ꝑter me. Uel ideo dicit vacate ⁊ videte
.ſ.contemplationi ad oñdendũ ꝙ ꝑ cõtemplatiõem non
querit̃ niſi deus ꝙ cognoſcat̃ ꝑ fidem vel ꝑ veſtigiũ in
creaturis in via. ⁊ poſtmodũ ꝑ faciem.ſ. in ſeipſo in pa
tria. Ubi nota ꝙ a negocijs ſecularib⁹ ſequeſtratus hõ
ſoli deo vacat dupliciter.ſ.ꝑ lectõem:⁊ per oꝛõem.p̃⁹ per
lectionẽ inquantũ homo.deũ loquentẽ in ſcripturis au
dit.2⁹ ꝑ oꝛõem inquantũ deo loquit̃:vt dicit.b.Tho.iiij.
ſcri.ſen.vt patebit infra. Hugo aũt de ſancto victoꝛe po
ſuit tres cõtemplatõis ptes:p̃mã lectõem:ſecũdã oꝛõem
tertiã meditatõem:que ad vtrãq3.ſ.ad lectõem ⁊ ad oꝛõ
nem ſe habet quaſi medium inter ea:qꝛ ex hoc ꝙ deus

nobis loquit in scripturis ei p meditatōem intellectu ꝛ affectu psitamur. ꝛ sic psiti et vel psitē eū hñs ei loqͥ possum⁹ p orōem. Hec .b. Tho. iij. scri. sen. di. xv. ꝙ orōne: arti. xvi. q. ij. vtrū orō sit actus doni vel virtutis: in solu. i. argu. Tangunt aūt ibidē duo. p⁹ sequestratio a terrenis ibi .s. in psal. xlv. Uacate. 2⁹ cōsideratio mentis de dinis: ibi Et videte. Nam vacatio ē dispositio ad ipam cognitōem. ꝛ .ā. eodē psal. dicunt duo .s. venite ꝛ videte. hic sꝫ dicūt duo vacate ꝛ videte. Sꝫ qre supra additū Uenite. Rñdeo: qꝛ sine accessu fidei nō valet ɔsideratio ꝛ cognitio dei. dicit ḡ Uenite ꝛ videte. In quib⁹ verbis tangit duplex cognitio q̄ habet de deo. s. p opa ꝛ p seipm. Primo ostdit ꝙ de⁹ cognoscit in opib⁹: ibi Uenite. s. p fidē: ad hebre. xi. Credere opꝫ accedē. ē ad deū q: ē ꝛ ꝙ inqrē tib⁹ remunerator sit ꝛ videte opa xpi vel dei ꝙ ipe sit de⁹ q. d. Primo accedite ad locū p fidē: ꝛ postea videte p luce. ꝛ que duo .s. miracula magna iō dicit Fecit pdigia sup terrā. ꝛ pacē inopinatā: ibi Arcū conteret ꝛc. Duo .n. mirabilia erāt. Primū fuit de suscitatiōe mortuoꝝ ꝛ sanatōe infirmoꝝ: ꝛ de alijs q̄ narrant in euangelio: posuit .n. pdigia sup terrā: sicut ꝙ virgo pepit: ꝙ stella magis apparuit: ꝙ angeloꝝ chorus natiuitatē dñi pdicauit: ꝙ infirmos sanauit: mortuos suscitauit. Re. infra Miracula. Scōm mirabile: ꝙ tpe natiuitatis data fuit tāta in mūdo pax: iō dicit: Arcū cōteret ꝛc. In quo nota: ꝙ tpe natiuitatis xpi fuit in mūdo pax generalis: Isaie. ij. Cōflabunt gladios suos in vomeres ꝛ lāceas suas in falces que opa apte ostdūt xpm eē deū. Spūalr vo intelligit p arcu male intentōis ꝛ armis male opatōis ꝛ scuto puer se defensionis in pctis. si ḡ cōbusta sūt arma: subdit Uacate ꝛ videte qm̄ ego sum de⁹. Uacate oēs hoīes a bellis Et videte. i. intelligite qm̄ ego sum de⁹. Hec Augu. in glo. In qbus ostdit ꝙ xps vel de⁹ cognoscit p seipm: ibi Uidete qm̄ ego sum deus ꝛ nō alius. Deutero. xxxij. Ubi sunt dij eoꝝ: ꝛc. Baruch. iij. Hic ē deus ꝛ nō estimabit alius. videte ꝙ ego sum sol⁹ ꝛ nō alius pter me. absqꝫ me nō ē deus ꝛc. Oīs aūt vita cōtēplatiua simpliciter nobilior sit actiua sicut ptꝫ p quattuor rōnes tñ sm qd ꝛ in casu magis est eligēda vita actiua ppter necessitatē presentis vite sicut etiā phs dicit in. iij. topi. ꝙ phari ē melius q̄ ditari: sꝫ ditari meli⁹ est necessitatē patiēti. Hec .b. Tho. scda scde. q. clxxxij. arti. i. vtrū vita actiua sit potior cōtēplatiua: in cor. q. rōne. ij. iij. v. ꝛ vi.

¶ Q vita cōtēplatiua est nobilior actiua. CA. IX.

Secundo pter q̄ttuor rōes pmissas in ca. pce. ostdo etiā ꝙ vita ɔtemplatiua simplr potior vel nobilior est vita actiua quattuor alijs rōnib⁹. s. rōne maioris sufficiētie: efficacie: cōueniētie: pmanētie. Primo rōne maioris sufficiētie sic. Illa vita ē nobilior in qua hō est magis sibi sufficiēs ꝛ paucioribus indigens Sꝫ in vita cōtēplatiua ē magis sibi sufficiēs: qꝛ paucioribus ad eā indiget. Ad vitā aūt actiuā plura sunt necessaria ad q̄ hō nō est sp sufficiēs: ḡ ꝛc. vn̄ Luc. x. Martha aūt satagebat circa frequēs misteriū. vbi Aug. in li. ꝺ verbis dñi sic ait: Martha laborat: Maria vacat: erat eniꝫ maria intenta dulcedini verbi dñi. a martha cōuiuium dño parabat: in cui⁹ cōuiuio maria iocundabat. Et subdit Aug. ibidē dicens: Si .n. vita actiua fuisset nobilior diceret ei .s. marie: Surge ꝛ vade adiuua sororē tuā martham: sed nō dixit. mira .n. suauitate tenebat: que pfecto maior est mentis q̄ ventris. Hec Aug. ibidē. Secundo vita cōtēplatiua est nobilior rōne maioris efficacie sic. Illa vita est nobilior que est efficacior ad merēdum. Sꝫ vita cōtēplatiua est maioris meriti q̄ actiua: vt ptꝫ. s. ḡ ꝛc. Sꝫ forte argues in cōtrariū sic: Greg. dicit super Ezech. ꝙ nullū sacrificiū ē deo magis acceptum q̄ zelus animaꝝ. sed p zelum animaꝝ alißs se cōuertit ad studia: ꝛ opa vite actiue: ḡ vita actiua ē nobilior vita cōtemplatiua. Rñdeo ꝛ dico: ꝙ sacrificiū spūalr offert deo cū aliquid exhibet ei. Inter oīa aūt bona hoīs: deus maxime acceptat bonū hūane aīe vt sibi sacrificiū offerat. Offerre aūt debꝫ aliquis a deo primo quidē aīam suam. sm illud Ecci. xxx. Miserere aīe tue placens deo. 2⁹ autē animas aliorū. sm illud Apoca. xxij. Qui audit dicat veni. Quāto .n. homo aīam suā vel alterius ppinquius coniungit deo tanto sacrificiū est magis acceptū deo. vn̄ magis acceptū ē deo: ꝙ alißs aīam suā ꝛ alioꝝ applicet cōtemplationi q̄ actōi. vn̄ p hoc qꝺ .b. Greg. dicit: ꝙ nullū sacrificiū est deo magis acceptū q̄ zelus aīaꝝ: q: nō pfert meritū vite actiue merito vite cōtēplatiue. sꝫ ostdit magis eē meritoriū: si qs offerat aīam suā ꝛ alioꝝ deo: q̄ quecūqꝫ alia exteriora bona. Hoc mō soluit .b. Tho. ꝛ exponit auctoritatē beati Grego. scda scde. q. clxxxij. arti. ij. vtrū vita actiua sit maioris meriti q̄ cōtemplatiua: in solu. i. argu. Tertio vita cōtēplatiua est nobilior vita actiua rōne maioris cōuenientie sic: Quāto vita alicui⁹ ē celesti vita similior: tanto est nobilior. sed vita cōtemplatiua est similior vite celesti q̄ actiua: qꝛ sicut dicit Aug. vltimo libro de ciuita. dei: In celesti vita vacabimus ꝛ videbimus: videbimus ꝛ amabimus: amabimus ꝛ laudabimus. ꝛ hoc ptinet ad vitā contēplatiuā. ergo rōne similitudinis quam vita cōtemplatiua habet cum vita celesti vita cōtemplatiua est nobilior vita actiua. Hanc rōnem assignat .b. Tho. iij. scri. sen. dist. xxxv. arti. iiij. q. i. vtꝝ vita actiua sit nobilior contemplatiua: argu. ij. cōtra. Quarto vita contēplatiua est nobilior vita actiua rōne pmanentie: quia vita cōtemplatiua ꝛ in psēti vita potest esse magis continua: lꝫ non q̄tum ad summū cōtemplatōis gradum: ꝛ in futura vita erit ppetua: quia semp durabit o Hanc rōnem assignat dñs Luce. x. Optimā ptem elegit sibi Maria que non auferet ab ea. que verba beat⁹ Augusti. in libro de verbis dñi: duobus modis exponit. p⁹ sic: Quare optimā ptem: quia nō auferet ab ea quasi diceret: A te auferetur aliquando onus necessitatis. Non enim cum veneris ad illam patriam inuenies peregrinū quem suscipias. 2⁹ modo exponitur sic: A te auferetur opus vite actiue non quasi sit malū: sed vt quod est melius detur: qꝛ auferet a te labor vt requies detur: tu nauigas: illa in portu est. Et Greg. sup Ezech. sic ait: Cum psēti seculo vita auferetur actiua: contemplatiua aūt hic inchoatur vt in celesti patria pficiatur. Cuius rōnem assignat beatus Tho. dicens: ꝙ ideo post hanc vitam vita actiua finietur: quia vita actiua occupat circa exteriora que in futura vita cessabunt quando corpus erit nō animale sed spūale. vita aūt cōtemplatiua versat circa interiora que nunq̄ cessabunt. Quod confirmat .b. Tho. auctoritate beati Augustini in li. de ciui. dei sic dicentis Deus aūt sine fine videbitur: sine fastidio amabitur: sine fatigatione laudabitur hoc munus: hic affectus: hic act⁹ erit in omnib⁹. Hec beatus Tho. scda scde. q. clxxxj. arti. iiij. vtrū vita actiua maneat p⁹ hāc vitā: arg. 3. ꝛ in cor. q. Et itez ibidē. q. clxxxij. arti. i. vtrū vita actiua sit potior q̄ vita cōtemplatiua vel ecōuerso: in cor. q. rōe. ij. iiij. ꝛ ix.

¶ Q vita actiua pncipalr ɔsistat in optimo agibili.

CA. X.

Postq̄ dictū est de vita contēplatiua dicendū est de vita actiua: de q̄ cōsiderāda sunt duo .s. ɔsistētia ꝛ eminētia. Primo .n. ɔsiderāda est cōsistentia .s. in quo vita actiua cōsistit. Sicut .n. vita cōtemplatiua consist. i. principaliter in optimo intelligibili. ita vita actiua cōsistit pncipalr in optimo agibili. Primo dico: ꝙ vita ɔtemplatiua consistit principaliter in optimo intelligibili inquantū ipa principalr ordina-

tur ad cognoscendū ⁊ cōtemplandū optimū intelligibile qđ est de⁹. vñ principalis actus vite cōtēplatiue ē contemplari ipm deū vel in seipo vel put relucet in creaturis vt. ŝ. ptȝ. Et hoc ē qđ dicit. b. Greg. sup Ezech: Uita cōtēplatiua est charitatē dei ⁊ primi tota mente retinere: ab exteriori actōe quiescere: soli desiderio cōditoris inherere: vt iam nihil habere libeat: sed calcatis curis oībus ad videndū faciē sui creatoris anim⁹ inardescat. Secūdo dico: ꝙ vita actiua principalr̄ cōsistit in optio agibili inquātū ipa principalr̄ ordinat̄ ad bonū circa primū opandū. vñ Isido. in li. oriāꝫ sic ait: Uita actiua ē q̄ in opib⁹ iusticie ⁊ primi vtilitate versat̄. Et be. Greg. sup Ezech. sic ait: Actiua vita ē panē esurienti tribuere. verbo sapientie nescientē docere errantē corrigere ad humilitatis viā supbientē primū reuocare. Infirmātis curā gerere: que singulis ⁊ quibuscūqꝫ expediāt dispēsare: ⁊ cōmissis nobis qualr̄ subsistere valeāt puidere. Dec. b. tho. iii scri. sen. di. xxxv. arti. iii. vtrū vita actiua pncipalr̄ cōsistat in his q̄ sunt ad alterū: arg. ŝ. ⁊ in cor. q. Req. de vita cōtēplatiua: in quo actu principalr̄ cōsistat. ŝ. ii. ca.

℄ Q vita cōtēplatiua excellit vitā actiuā in quattuor. CA. XI.

Secūdo principalr̄ cōsiderāda est circa vitā cōtēplatiuā ⁊ actiuā eminētia. s. que istarū est potior vel melior. Ubi nota ꝙ iste due vite se hñt ad inuicē sicut excedētia ⁊ excessa. qđ ptȝ primo de vita cōtēplatiua: scđo de actiua. Primo. n. dico: ꝙ vita cōtēplatiua excellit vitā actiuā in quattuor. s. q: est dignior securior iocūdior diuturnior. Primo. n. vita cōtēplatiua excellit actiuā: q: ē nobilior ⁊ dignior. qđ tali rōe ostēdo. Dignitas significat bonitatē alicui⁹ pp seipaꝫ sed vita cōtēplatiua pp seipam diligit̄ ⁊ querit̄. vita aūt actiua solū pncipalr̄ diligit̄ ⁊ querit̄ pp aliud. s. inquātū ad vtilitatē primi ordinat̄. ḡ vita cōtēplatiua dignior ē actiua. Hāc rōnē assignat b. Tho. iii scri. sen. di. xxxv. arti. iiii. q. i. vtrū vita actiua sit nobilior q. cōtēplatiua. ⁊ iterū scđa scđe. q. clxxxii. arti. i. vtrū vita actiua potior sit q̄ cōtēplatiua: in cor. q. rōne. v. Scđo vita cōtēplatiua excellit actiuā q: ē securior: ⁊ hoc rōne maioris puritatis. ⁊ formo sic rōnē: Illa vita ē purior ⁊ p cōsequēs securior cui min⁹ admiscet̄ de puluere terrenoꝝ. sed vite cōtēplatiue nō tm̄ admiscet̄ d puluere terrenoꝝ sicut in vita actiua: ḡ ⁊c̄. vñ dicit b. Greg. ꝙ vita ōtēplatiua iđ maior ē merito q: min⁹ hꝫ de impuritate demeriti admixtū. Hanc rōnē assignat. b. tho. iii. scri. sen. vbi. ŝ. imediate: art. iiii. q. i. in cor. q. ⁊ in so. i. arg. Tertio vita cōtēplatiua excellit actiuā q: iocundior vel delectabilior ⁊ formo sic rōem: Illđ qđ est explicatū vl̄ expeditū a curis seculi: ⁊ qđ nec solicitudinē nec laborē nec inqetudinē hꝫ: ē maioris delectatōis q̄ id qđ curis seculi anxiat̄. Sȝ vita cōtēplatiua ē hm⁹ mōi. vita aūt actiua turbat̄ de primoꝝ necessitatibus ⁊ de ppriis passionib⁹: ḡ ⁊c̄. Re. ŝ. ii. ca. vbi pbat multipliciter ꝙ vita cōtēplatiua ē delectabil. Et iterū ŝ. in ii. di. vbi đr: ꝙ vita cōtēplatiua simpliciē ē potior actiua qttuor rōnib⁹. Quarto vita cōtēplatiua excellit actiuā q: ē diuturnior vel durabilior. nā vita cōtēplatiua ē interminabilis: vita aūt actiua terminabilis. qđ ptȝ: quia actiua vita nō manebit in patria q̄tū ad eosdē act⁹ quos hꝫ in via: q: ibi nō turbabit̄ de primoꝝ necessitatibus ⁊ de ppriis passiōib⁹. vñ Greg. sup Ezech. sic ait: Quare pro marie optia subinfert̄ cū đr: Que nō auferet̄ ab ea. Actiua. n. vita cū corpe deficit. qđ sic pbat dicens: Quis. n. in eterna patria panē esurienti tribuat vbi nemo esurit: Quis potū tribuat sitiēti vbi nemo sitit: Quis sepeliat mortuū vbi nemo morit̄: ⁊ sic de aliis actib⁹ vite actiue. Uita aūt cōtēplatiua ē diuturnior q̄ actiua: q: manebit etiā quo ad illos actus quos hꝫ in via: q̄ q̄dē in statu vie sunt imperfecti: sȝ in patria pficient̄. vñ Greg. sup Ezech. de cōtēplatiua vita in statu pñtis vite loquēs sic ait: Etiā cū cōtēdim⁹ hic cōtēplari vix aliqđ parū attingere valem⁹. Sȝ in patria clare ⁊ pfecte sicuti ē cognoscim⁹. Dec. b. Tho. iii. scri. sen. di. xxxv. arti. iiii. q. iii. vtrū vita ōtēplatiua sit diuturnior q̄ actiua: in cor. q. Ubi nota ꝙ vita actiua in statu pñtis vite plus pōt durare q̄ vita ōtēplatiua. qđ nō cōtingit ex defectu vite cōtēplatiue sȝ ex defectu nr̄o. s. ex corpis grauitate ex qua ab altitudine cōtēplatōis retrahimur ⁊ impedimur. vñ Greg. sup Ezech. dicit ꝙ in vita actiua fixi pmanere possum⁹: in vita aūt cōtēplatiua intēta mēte nullo mō manere possum⁹. ⁊ reddit cām hui⁹ dicēs: q: ipa sua infirmitate ab imensitate tāte celsitudinis repulsus anim⁹ in seipo labit̄. Dec. b. Tho. scđa scđe. q. clxxxi. arti. iiii. vtrū vita actiua maneat post hanc vitā in solu. ii. arg.

℄ Q vita actiua fm ꝙ excellit vitā cōtēplatiuā in quattuor. CA. XII.

Secundo dico ꝙ vita actiua fm q̄d excellit vitā cōtēplatiuā in q̄ttuor. s. q: prior: vtilior: laboriosior: feruētior. Primo vita actiua excellit cōtēplatiuā: q: ē prior ōtēplatiua. Ubi nota ꝙ aliquid ē quo ad prius prius alio dupl'r: vel pfectōe: vel tpe. s. generatōe. p⁹ mō ē aliqđ pri⁹ alio natura vel pfectōe: ⁊ sic vita cōtēplatiua ē prior actiua inquātū ei a cōtēplatiua priorib⁹ ⁊ melioribus vacat q̄ actiua: vt ex supiorib⁹ ptȝ. 2⁹ aliqđ est prius alio generatōe vel dispositōe ⁊ sic vita actiua ē prior cōtemplatiua eo ꝙ vita actiua ad cōtēplatiuā disponit. vñ Greg. in omel. sup Ezech. dicit ꝙ vita actiua prior ē tpe q̄ cōtēplatiua: q: ex bono ope tendit̄ ad cōtēplandū. Et Isido. in li. de sum. bono sic ait: Qui prius in vita actiua pficit bn̄ ad ōtēplatōem cōscēdit. Dec. b. Tho. scđa scđe q. clxxxiii. arti. iiii. vtrū vita actiua sit prior q̄ cōtēplatiua arg. ŝ. ⁊ in cor. q. Sȝ forte q̄reo hic duo. Prima qđ est: vtrū in aliquo viatore possit eē sil' vita actiua ⁊ cōtēplatiua. Rñdeo ⁊ dico ꝙ sic: qđ in beata v̄gine ptȝ. Nā beata virgo fuit in vtraqꝫ vita. ⁊ iđ fm Anselmū in assūptōe eius legit̄ euangeliū de martha ⁊ maria que signat vitā actiuā ⁊ cōtemplatiuā. sed beata virgo fuit tm̄ viatrix ergo in aliquo viatore pōt eē sil' vtraqꝫ vita. s. actiua ⁊ cōtēplatiua. Dec. b. Tho. iii scri. sen. di. xxxv. arti. iii. q. iii. vtrū vita actiua possit esse simul cum vita cōtemplatiua: arg. iii. ōtra. Sed forte dices cōtra tali rōne: Turbatio vacationi repugnat. sed vita actiua que significat̄ p Martham turbat̄: vt ptȝ Luce. x. ergo vita actiua nō pōt esse cum vita contemplatiua. Rñdeo ⁊ dico: ꝙ turbatio i vita actiua nō cōuenit postq̄ ad pfectōem venit: quia tūc iam delectabiliter ⁊ faciliter opatur nō turbat̄. ⁊ iđ pñt esse simul vt ptȝ. Dec. b. Tho. ibidē in solu. ii. arg. Secunda qđ est: vtrȝ vita actiua impediat vitā contēplatiuam. Rñdeo ⁊ dico ꝙ vita actiua pōt cōsiderari q̄tum ad duo. s. q̄tū ad exercitiū actionū: ⁊ q̄tū ad gubernaculum passionū. Primo pōt cōsiderari q̄tū ad studiū ⁊ exercitiū actionū exteriorū: ⁊ sic vita actiua impedit vitam cōtemplatiuā: sicuti vnū cōtrarioꝝ impedit̄ p aliud nam actōes vite actiue ⁊ cōtemplatiue videnē esse ōrie. qđ tripl'r ptȝ. p⁹ q: vita actiua occupat̄ circa plurima. vita autem cōtemplatiua insistit ad cōtemplandū vnum. 2⁹ quia in vita contemplatiua necessaria est quedā vacatio mentis: fm illud psal. Uacate ⁊ videte ⁊c̄. sȝ vita actiua hꝫ inquietudinē ⁊ mentis ⁊ corpis: fm illud Luce. x. Martha martha solicita es. 3⁹ quia ad vitam cōtemplatiuam requirit̄ claritas visionis. sed vita actiua impedit visionis claritatē. vnde dicit Greg. sup Ezech. ꝙ vita actiua velut Lya lippis est oculis ⁊ fecunda: quia dum occupatur in ope minus videt. Secundo mō pōt cōsiderari vita actiua q̄tū ad gubernaculū ordinatoꝝ passionū

nā puta q̄ vita actiua interiores aīe passiões cōponit et ordinat ⁊ q̄tū ad hoc vita actiua adiuuat ad contēplandū. vñ Greg. vj. mora. sic ait: Qui cōtemplatōis artē tenere desiderant prius se in cāpo p exercitiū op̄is pbent vt sollicite sciant: si nulla iam mala primis irrogāt: si irrogata a primis equanimiter portāt: si obiectis bonis tpalibus nequaq̄ mens leticia soluit: si subtractis nō nimio merore sauciat: aut deinde ppendant: si cū ad seipos introrsus redeunt in eo q̄ spūalia rimant: nequaq̄ secū rerū corpaliū vmbras trahūt: vel fortasse tractas manu discretōis abigunt. Ex hoc g̃ exercitiū vite actiue ad vitam cōtēplatiuā cōfert: qr cōprimit ⁊ quietat interiores passiones aīe ex quib⁹ fantasmata pueniūt p q̄ cōtēplatō impedit. Dec. b. Tho. scda scde. q. clxxxij. arti. iij. vtrū vita cōtēplatiua p actiuā impediat: in cor. q. Scdo p̄ncipalr̄ vita actiua excellit cōtēplatiuā: qr est vtilior inq̄ntū vita actiua saluti primox studet: cōtēplatiua ỽo cōtēplationi diuinox. vñ Greg. sup Ezech. dicit: q̄ vita cōtēplatiua pascit a dño. sed vita actiua pascit dn̄m. In cui⁹ signū videm⁹ q̄ vita cōtēplatiua pp actiuā intermittitur ad tps rōne vtilitatis nō rōne dignitatis sicut ptz de illis q̄ de religione ⁊ cōtēplatōe trāsferunt ad statū plationis: q̄ hoc mō vocant: nō vt cōtēplatiōem totaliter deserant: sed vt a cōtēplatōe ad opa vite actiue interdū discedant: vt primox necessitati puideāt: ad ostendendū q̄ lȝ vita cōtēplatiua dignior sit actiua: tñ vita actiua vtilior est primis vita cōtēplatiua. vñ vita cōtēplatiua tāq̄ dignior querit pp se ⁊ nō pp aliud: vt ptz ex p̄cedētib⁹. vita ỽo actiua nō querit pp se sed pp aliud. s. vt primi necessitati subueniat: vtilitas. n. querit ppter aliud. Sed vita actiua que nō ad aliū sed ad seipm̄ ordinat tñ neq̄ dignior neq̄ vtilior ē q̄ cōtēplatiua: imo cōpat ad cōtēplatiuā sicut vtile ad illud ad qd̄ est vtile. Dec. b. Tho. iij. scri. sen. di. xxxv. arti. iiij. q. j. vtrū vita actiua sit nobilior q̄ cōtemplatiua: in cor. q. ⁊ in solu. j. argu. ⁊ iterū scda scde. q. clxxxij. arti. j. vtrū vita actiua sit potior q̄ cōtēplatiua. in solu. iij. argu. Tertio principalr̄ vita actiua excellit cōtemplatiuā: qr est laboriosior: qr hȝ plus de rōne satisfactōis. ⁊ ppter hoc magis meret quo ad dimissionē culpe q̄ vita cōtēplatiua. Quarto vita actiua est feruentior q̄ cōtemplatiua. qd̄ ptz: qr ex dilectiōe dei videt pcedere q̄ hō ptermissa cōsolatōe, ppria volūtatē dei implere studeat in aliox salute. vñ Grego. sup Ezech. sic ait: Est amāti aīe nō pua cōsolatio: si cū ipa differt p eā multe colligant. Das duas rōnes assignat. b. Tho. iij. script. sen. di. xxxv. arti. iij. q. j. vtrū vita cōtemplatiua sit maioris meriti q̄ actiua: in cor. q. ⁊ in solu. ij. argu.

¶ Nota ppetates ⁊ dotes vite cōtēplatiue respectu vite actiue sub figura Lye ⁊ Rachelis. CA. XIII.

v T aūt breuius ⁊ clarius possumus scire dsistentiam: dotam: eminentiā vite actiue ⁊ cōtēplatiue Beatus Greg. sub figura Lye ⁊ Rachelis super Ezech. sic ait: Due beati Jacob mlieres: lya ⁊ rachel de q̄bus dicit Gen. xxix. duas vitas significant. s. cōtēplatiuā ⁊ actiuā. qd̄ ptz ex cōditōibus earundē. Nā lya interptat laboriosa ⁊ est lippis ocul. ⁊ fecūda q̄ tria vite actiue cōueniunt. p⁹. n. interptatur lya laboriosa: ⁊ hoc est vita actiua. laboriosa quippe est qr desudat in opere. 2⁹ lya est lippis oculis: sic vita actiua dum occupat in ope minus videt. 3⁹ lya etiam est fecunda: quia dūmodo per verbū modo per exemplum ad imitatōem suam primos accendit multos in bono opere filios generat. Rachel ỽo tres habet conditōes vel ppietates. nā ipa interpretatur visio vel visum principiū: ipa etiā est pulcra ⁊ infecunda. p⁹ enim rachel interptatur visio vel visum principiū: qr vita contemplatiua simpliciter ad solum videndū principium anhelat videlicet ipm̄ deum qui ait: Ego principiū. 2⁹ ipa Rachel est pulcra: quia vita contemplatiua speciosa est in animo. 3⁹ Rachel est infecunda: quia vita cōtemplatiua dum quiescere in silētio appetit filios nō generat: ex contemplatōe. n. videt ⁊ non parit: quia quietis suo studio minus se in aliox collectōe succendit. beatus autem Jacob Rachel quidem cōcupierat sed in nocte accepit Lyam: quia videlicet omnis qui ad deū conuertitur contemplatiuā vitam desiderat: quietem eterne patrie appetit. sed prius necesse est vt in nocte vite pn̄tis opera bona q̄post desudet in labore. i. lyam. s. actiuam vitam accipiat: vt post ad videndum principium in rachelis amplexibus requiescat. Dec beatus Gregorius super Ezechielem.

¶ Quid est cōtentio: ⁊ quō diffinit. CA. I.

c Ontentio Circa cōtētōē cōsiderare debemus quattuor. s. quidditatē: causalitatē: qualitatē: varietatē. Primo cōsiderare debem⁹ quidditatē cōtentiōis. s. quid sit cōtentio. Nā cōtendere ē cōtra aliquē tendere. vel ꝯ aliquē ire. vñ sicut discordia importat quandā ꝯrietatē in voluntate: ita cōtentio importat quandā ꝯtrarietatē in locutōe. Diffinit aūt cōtētio trib⁹ modis. Primo. n. Tullius. ij. reth. dicit q̄ cōtētio ē orō. i. locutio acris a cōfirmādū ⁊ cōfutandū accōmodata. scdo Ambro. cōtentōem diffinit sic dicēs: Contentio ē impugnatio veritatis cū cōfidētia clamoris. 3⁹ mō diffinit generalr̄ cōtētio sic: Cōtentio ē impugnatio veritatis psistens in sermōe cā vincēdi. Das diffinitōes assignat. b. Tho. scda scde. q. xxxviij. arti. j. vtrū cōtentio sit pctm̄: in cor. q. Scdo cōsiderare debemus cōtentōis causalitatē. s. vñ cōtētio originet vel causet. Et q̄tum ad hoc dico: q̄ contentio oritur a superbia ⁊ inani gloria ⁊ inuidia diuersis respectibus vel modis qd̄ sic patet. Nā hec tria peccata. s. superbia: inanis gloria: ⁊ inuidia: sunt causa discordie hoc modo: Discordia. n. est filia supbie ⁊ inanis glorie: eo q̄ discordantiū vterq̄ stat in ppro sensu ⁊ vnus nō acquiescit alteri: quod est ppriū supbie et inanis glorie. Inuidia aūt est causa discordie quia discedit p discordiā ab illo cui inuidet: ergo supbia ⁊ inanis gloria sunt causa contentōis ⁊ discordie q̄tum ad illud in quo cōsistunt. s. q̄tum ad pprium sensum: qr sicut discordātes sunt aliqui ex hoc q̄ stant corde in pprijs: ita supbi ⁊ vane gloriosi sunt cōtendentes ex hoc q̄ vnusq̄sq̄ verbo id qd̄ sibi videt defendit. inuidia est causa contentōis q̄tum ad id a quo discedit p discordiā. Dec. b. tho. scda scde vbi. s. arti. ij. vtrū cōtentio sit filia supbie ⁊ inanis glorie: in cor. q. ⁊ in solu. arg.

¶ Qr contentio vel est bona vel est mala: ⁊ quō. CA. II.

t Ertio considerare debemus contentōis qualitatem. vtrum. s. contentio sit peccatum vel non. Ubi nota q̄ contentio est vituperabilis: laudabilis: venialis: mortalis. p⁹ enim contentio tunc est vituperabilis quādo excedit cōuenientiā psonarū ⁊ negociox. 2⁹ contentio est laudabilis put contentio dicitur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimonie. 3⁹ cōtentio est venialis put cōtentio dicit impugnatio falsitatis modo indebito vel inordinato: ita tñ ex tali inordinatione non generet scandalū aliox. 4⁹ modo contentio est mortalis duobus modis. primo. n. cōtentio put importat impugnatōem veritatis ⁊ modo indebito: est peccatū mortale. ⁊ hoc mō diffinit ambro. cōtentōē vt ptz ca. pce. secūdo intentio put importat impugnationem falsitatis. s. modo indebito vel inordinato: hoc ē q̄n ex hoc generat scandalum aliox est peccatum mortale.

trã ꝛ apl's cũ dixisset.ij.ad Thimo.ij. Noli verbis ↄtēde
re subdit cām dicēs: Ad nihil.n.ē vtile nisi ad subuersio
nē audientiũ.q.d.noli v̄bis ↄtēdere: qꝛ ↄtētio nil pōt nisi
subuertere audiētes. vñ Aug. in glo.ibidē sic ait: Cōtē
tio etiā min⁹ stabilitatis generat scrupuluꝫ. Dec.b.Tho.
scđa scđe.q.xxxviij.arti.j.vtrū ↄtentio sit pctm̄.in cor.q.
Ubi etiā est sciendū: ꝙ ↄtētio est inordinata ꝛ p ↄseq̄ns
pctm̄ quattuor rōnib⁹.s.cū ↄtēdit̄ de eo de quo nō ē cō
tendēdū: cū ↄtendit̄ mō quo nō ē ↄtēdēdū: cū ↄtēdit̄ in
loco in quo nō ē ↄtēdēdū: cū ↄtēdit̄ ab eo a quo nō ē cō
tendēdū. Prima rō q̄re ↄtentio ē inordinata: ꝛ p ↄse
q̄ns pctm̄ est cū ↄtēdit̄ de eo de quo nō ē ↄtēdēdū: qua
lis fuit ↄtentio discipuloꝝ xp̄i.de qua dr̄ Luc.xxij. Facta
est ↄtentio q̄s eoꝝ videret̄ eē maior: inter quos nō erat
cōtētio cū intētōe impugnādi veritatē: qꝛ vnusq̄sq; de
fendebat qđ verū sibi videbat̄. ꝛ iđ talis ↄtentio nō fuit
in eis pctm̄ mortale. Erat tñ in eoꝝ ↄtentōe inordinatio:
qꝛ ↄtēdebāt de quo nō erat ↄtendēdū.s.de p̄latu hono
ris: nondū.n.erāt sp̄uales: sicut glo.ibidē dicit. vñ ꝛ dñs
eos cōsequēter ↄpescuit: nā tūc venialr̄ peccauerūt vnde
tanq̄ carnales rep̄hendūt̄. Dec.b.Tho. scđa scđe vbi.s.
f immediate: in solu.j.arg. Sup illo verbo Facta ē ↄtentio
ꝛc. Beda sic ait: Sicut boni in scripturis exēpla patrū q̄
bus p̄ficiāt ꝛ būilitē regāt̄: sic reprobi siquid forte in
electis rep̄hēsibile inuenerint: q̄si suas ex eo neq̄cias ob
tecturi libēter solēt amplecti: iđ mlti ardēti⁹ legūt ꝙ fa
cta ē ↄtentio inter discipulos xp̄i. Ambro sic ait: Si.n.cō
tēdūt apl'i nō excusatōi obtendit̄.sed cautōi p̄ponit̄. Ca
neamus ḡne inter nos de p̄latōe possit eē ↄtētio ad ostē
dendū ꝙ inter seruos xp̄i nō de maioritate sed būilitate
dꝫ eē cōtētio. Dec.b.Tho.in euāgelijs continuis allegat
Scđa rō quare cōtētio est inordinata: ꝛ p ↄseq̄ns pec
catū cū cōtēdit̄ mō ꝛ aīo quo nō ē cōtendēdū: vt verbi
gr̄a. Cū aliq̄s clamore inordinato veritatē impugnat ꝛ
aīas simpliciū vel iustoꝝ p̄uertat: vel cū q̄s falsitatē impu
gnat ꝛ ex mō inordinato scandalū generat: tūc cōtētio
taliū est pctm̄ mortale: vt dicit.b.tho.scđa scđe vbi.s.im
piate: in cor.q. Tertia rō quare cōtentio ē inordinata
ꝛ p cōseq̄ns pctm̄ cū cōtendit̄ in loco in quo nō ē cōtē
dendū. vt exēgr̄a Ille cōtēdit in iudicio q̄ īpugnat veri
tatē iusticie: ꝛ ille in disputatōe q̄ impugnat veritatē do
ctrine. Et s̄m hoc catholici nō cōtendūt ↄ̄ hereticos sed
poti⁹ ecōtra. Si aūt accipiat̄ cōtentio s̄m ꝙ cōtētio im
portat quandā acrimoniā locutōis: sic cōtentio nō sp̄ est
pctm̄ mortale. Dec.b.Tho.scđa scđe vbi.s.imediate.i so.
iij.arg. Quarta rō quare cōtētio ē inordinata: ꝛ p con
seq̄ns pctm̄ est cū cōtēdit̄ ab eo a quo nō ē cōtēdēdū:
puta cū cōtētio excedit cōuenientiā p̄sonarū ꝛ negocioꝝ
vt dicit.b.Tho.ibidē.in cor.q. vñ apl's.ij.ad thimo.ij.sic
ait: Seruū dñi nō op̄ꝫ litigare sꝫ māsuetū eē ad omēs. Et
iterū.j.ad Corinth.iij. Cū sit inter vos zelus inuidie ī in
teriori affectu ꝛ cōtentio verboꝝ in exteriori effectu nō
ne carnales estis in sentiēdo.

℃ Qꝫ quadruplex ē cōtentio. CA.III.

Quarto circa cōtentōem cōsiderare debem⁹ veri
q tatē. Nā quadruplex ē cōtentio.s. disputatoria:
ligatoria ostētatoria meritoria. Primo dico
ꝙ est cōtentio disputatoria.s.cū q̄s in disputatōe cōten
dit. Ubi nota ꝙ cōtēdere in disputatōe dupl'r intelligit̄
p̄⁹.n.in disputatōe cōtēdere ē idē ꝙ veritatē impugna
re intentōe vincēdi. Et hoc mō cōtēdūt heretici cū catho
licis. vñ hoc ē pctm̄ mortale: ꝛ ita nō est licitū in dispu
tatōe cōtēdere. pp̄ qđ hāc cōtentōem p̄hibet apl's.ij.ad
Thimo.ij. Cōmoneo testi: ficās corā deo.noli verbis cō
tēdere.s.in disputatōe impugnādo veritatē doctrine. 2⁹
cōtēdere in disputatōe idē est qđ certare p v̄itate. ꝛ sic li
citū est in casu aliquo in disputatōe cōtēdere cū hereticis
Dec.b.Tho.scđa scđe.q.xxxviij.arti.j.vtrum cōtentio sit
pctm̄ mortale: in so.iij.arg. Et Alex.ij. pte sum.q.xxxvij.de
cōtentōe: arti.iij.q.ij.vtrū cū hereticis sit cōtēdēdū ī dis
putatōe in cor.q. Scđo dico ꝙ est ↄtentio ligatoria.s.
cū aliq̄s in iudicio cōtēdit vt habeat bōa sua. Sꝫ forā
te queres: vtrū aliq̄s possit ad hoc ꝙ rehabeat bona sua
cōtendere cū aliquo in iudicio sine pctō. Rn̄deo ꝛ dico
ꝙ cōtētio vel importat discordiā vel cōtrouersiā siue acri
moniā. P̄⁹.n. put cōtētio importat discordiā que ē gene
ratiua odij ꝛ scādali: non ē licitū viris p̄fectis in iudicio
cōtēdere. vñ Matth.v. Et qui vult in iudicio tecū cōtē
dere ꝛ tunicā tollere: dimitte ꝛ palliū: qꝛ vt Gre.dicit dū
p terrena re pax a corde cū xp̄o scindit̄: apparet ꝙ plus
res q̄ p̄rimus amat̄. hoc ḡ mō nō est licitū sua repetere
cū cōtentōe litigiosa. 2⁹ cōtentio pōt accipi put impor
tat cōtrouersiā que etiā aliq̄n fit ex cā debita: ꝛ sic ex tāc
cā debita licitū est in iudicio cōtēdere ꝛ sua repetere. vñ
Greg. dicit sic: Nō solū cura dꝫ eē ne nr̄a subtrahant̄: sed
ne rapientes nō sua semetipsos p̄dāt. Dec Alex.ij.pte su.
q.de cōtentōe.arti.iij.infra Articulū.q.ij.vtrū aliq̄s possit
sine pctō cōtendere cū alio in iudicio: in cor.q. Tertiō
dico ꝙ est cōtentio ostētatoria de q̄ Matth.xx. Facta ē
cōtentio inter eos.s.inter discipulos xp̄i q̄s eoꝝ videret̄
maior. Cū.n.sit cōtentio nō cū intentōe impugnādi veri
tatē: sꝫ ex titillatōe quadā honoris vel glorie quo modo
discipuli xp̄i ad inuicē cōtenderūt: sic cōtentio ē pctm̄ ve
niale. Et p̄cipue cū cōtentio quādā acrimoniā locutōis
Quarto ẽ cõmẽdẽda fidelitas in magistro Eccl. x. Sapientie eni dei astabit laus ⁊ in ore fideli abundauit. q. d. Scriptura humanit⁹ adinuẽta ⁊ a deo edita in ore fideli. i. fideliter docẽte vel predicante abundabit. i. fructũ abundãter faciet. Est autẽ sciendũ: q magistri vel p̄dicatoris seu doctoris fidelitas vel bonitas ɔsistit in septẽ. p̄mo in impedimẽtorũ exclusione. scdo in dicendoꝝ impletiõe. tertio in dictorũ aptione quarto in cognitorũ ɔpẽdiosa traditiõe. quinto ĩ verborũ suaui ⁊ dulci locutiõe. sexto in sententiarũ pondere ⁊ grauitate. septimo in vtiliũ traditiõe. Primo bonitas magistri ɔsistit in impedimẽtorũ exclusione. Debet eniꝫ magister impedimẽta oia remouere q̃ studio ⁊ pfectui discipuloꝝ aduersant̃. vñ Hugo lib. v. de didascolon sic dicit: Tria sunt q̃ precipue studijs legentiũ obesse solent. s. negligẽtia: imprudẽtia: fortuna. Negligẽtia ẽ quãdo ea que docẽda sunt p̄termittimus. vel min⁹ studiose docemus vel discim⁹. Imprudẽtia ẽ quãdo congruũ ordinem ⁊ modũ in his que docem⁹ ⁊ discim⁹ non seruam⁹ Fortuna ẽ quãdo in euẽtu casuo siue naturaliter cõtingente: vt quãdo vel paupertate vel infirmitate: vel naturali tarditate siue etiã doctoꝝ raritate a pposito nostro retrahimur. In his autẽ tribus de primo. s. negligentia lector admonẽdus ẽ: de scdo id est de imprudẽtia instruẽdus: de tertio. i. fortuna ẽ adiuuãdus. Scdo bonitas magistri ɔsistit in dicẽdorũ impletiõe. Debet eni bon⁹ magister pri⁹ facere q̃ꝫ docere: exẽplo christi q̃ cepit facere ⁊ docere: Actuũ. i. vñ ambrosi⁹ sup Bti imaculati sic dicit: Añ vita q̃ꝫ doctrina querẽda est: vita bona sine doctrina gratiã hꝫ: doctrina sine vita bona integritatẽ nõ habꝫ. Et greg. ĩ moral. Doctrina cũ oĩ impio docet̃ qd̄ prius agit̃ q̃ꝫ dicat̃. nã doctrine subtrahit fiduciã qñ cõscia ĩpedit linguã. Ad Ro. ij. Qui doces nõ furandũ furaris: vel nõ mechandũ mecharis. Quid autẽ discipul⁹ agere dꝫ quãdo magistrũ hꝫ bñ docentẽ ⁊ male agentẽ. Chrys. sup illud Matth. xxiij. Sup cathedrã moysi. oñdit dicẽs: Si bñ vixerint eorũ lucrũ: si bñ docuerint vestrũ. Accipite igit̃ qd̄ vestrũ: nolite discernere qd̄ alienũ ẽ. Frequẽter eni de malo hoie doctrina p̄cedit bona: sicut terra vilis p̄ciosum aurũ p̄ducit: Nũquid pp vilẽ terrã p̄ciosuꝫ aurũ ɔtẽnitur. Igit̃ aurũ eligit̃ ⁊ terra relinquit̃. sic ⁊ vos doctrinaꝫ accipite ⁊ mores relinquite. Chrys. sup illud: Quodcũqꜫ dixerĩt vobis facite. sm opa eorũ nolite facere. dicit: Doctrinã accipiam⁹ nõ mores. apib⁹ herbe non sũt necessarie sꝫ flores. sic ⁊ vos flores doctrine colligite ⁊ ɔuersationẽ relinq̃te. Tertio bonitas magistri cõsistit ĩ dictoꝝ elucidatiõe ⁊ aptiõe. Oportet. n. q magister in se sit doct⁹ vt intelligat. Sic aq̃ pri⁹ ẽ in fonte q̃ꝫ in riuo: ⁊ semẽ prius ẽ in t̃ra q̃ꝫ in spica: ⁊ postea clare magister alijs sciam patefaciat: Eccl. xx. Sapiẽs ĩ verbis p̄ducit seipm. Aug. ĩ li. de doctrina xp̄iana: Quid. n. p̄dest clauis aurea si apire qd̄ volum⁹ nõ põt: ⁊ q̃d obest lignea si põt qñ nihil q̃rim⁹ nisi patere qd̄ clausum ẽ. Quarto bonitas magistri ɔsistit ĩ ɔgnitorũ ɔpẽdiosa traditione. Aug. Sicut ignar⁹ ẽ q̃ cognita obnubilat ita onerosus ẽ q̃ incognita incõculcat. Et hugo de scõ victore. li. v. de didascolon: Lectio duob⁹ modis aĩo fastidiũ in genere solet ⁊ affligere spũ ⁊ q̃litate: vicꝫ si obscurior fuerit: ⁊ q̃ntitate si p̄lixior extiterit: ĩ q° vtroqꜫ magno vti moderamine oꝫ ne qd̄ ad refectionẽ q̃situ ẽ sumat̃ ad suffocationeꝫ. Et tulli⁹ scdo rethorice sic dicit: Sepe res min⁹ ẽ intellecta lõgitudine magis q̃ꝫ obscuritate narratiõis vñ verbũ abbreuiatũ fecit dñs sup terrã. Quinto bonitas magistri ɔsistit ĩ sniarũ põdere ⁊ grauitate. vñ Eccl. xxi. dicit̃: Uerba sapientũ statera põderabunt̃. ⁊ ibidẽ. xxviij. Uerbis tuis facito staterã. dꝫ eni conari doctor vel p̄dicator vt dicit Aug. ĩ li. de doctria xp̄iana: vt pateat veritas: placeat: moneat. tũc veritas pꝫ cũ recte instruit: tũc placꝫ cũ gratiose insinuit vel porrigit: tũc monet cũ dicta pficit. Et tulli⁹ p̄mo rethorice sic dicit: In oĩ genere cause necesse ẽ beniuolũ attentũ docilẽ efficere auditorẽ Auditorẽ .n. beniuolẽtia captabit̃ si res ab eo geste fortit̃: sapiẽt: mãsuete: magnifice: p̄ferent̃. Attẽtos autẽ faciem⁹ si demõstrabim⁹ ea q̃ dicturi sum⁹ magna. noua ĩ audita esse: aut ad illos q̃ audiũt: aut ad hoies illustres: aut ad deos immortales: aut ad sũma reipublice ptinere. Dociles auditores faciem⁹ si apte ⁊ breuit̃ summã cause exponemus.

Sexto bonitas magistri ɔsistit ĩ verboꝝ suaui ⁊ dulci p̄latione: vt q̃libet p̄dicator vel doctor ab auditorib⁹ possit audire. qd̄ in psal. scribit̃. Q̃ꝫ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua sup mel ori meo. vñ hugo ĩ p̄mo li. de aĩa sic dicit: Nihil ĩ hac vita dulci⁹ sentit̃: nihil auidi⁹ sumit̃: nihil ab amore mũdi mentẽ ita separ: nihil sic aĩm ɔtra tẽptationes roborat: nihil ita hoiem exercitat ve. excitat ⁊ adiuuat ad oẽ op⁹ ⁊ ad oẽm laborẽ sicut studiũ sacre scripture. Et chrys. ĩ sermõe ep̄hie dñi loquẽs de dulcedine diuĩe scripture sic dicit. Insatiabilis ẽ dulcedo spũalium eloquioꝝ: nõ. n. satiat vẽtrẽ sꝫ cor vel mentẽ ⁊ cogitationes pioꝝ ad dei dulcedinẽ redigit. Septio bõitas magistri ɔsistit ĩ traditiõe vtiliũ. vñ ad eph. iiij. Omis smo mal⁹ nõ p̄cedat ex ore vestro: sꝫ. siq̃s bon⁹ vt p̄stet edificationẽ audiẽtib⁹. Et p̄ma pe. iiij. Siq̃s loq̃t q̃si smones dei. Hugo ĩ p⁹ li. de aĩa loquẽs de excellentia ⁊ vtilitate scripe̅ diuĩe sic ait: In refectorio sacre scripture tres mẽse q̃si tres ĩtellect⁹ diuĩe sacre scripture ponũt̃. s. mysterialis: hystorial: mystic⁹. p̄ma mẽsa simplicib⁹: scđa doctoribus: t̃tia cõis ẽ vtrisqꜫ. In p̄ma cib⁹ ẽ grossior: ĩ scđa subtilior: ĩ tertia dulcior. p̄ma ɔtinet saporẽ exemploꝝ: scđa vim mysterioꝝ: tertia dulcedinẽ moꝝ. p̄ma pascit miraculis: scđa figuris: tertia vbis. Et subdit: In sacra scriptura q̃cq̃d docet̃ veritas: q̃cq̃d p̄cipit̃ bonitas: q̃cq̃d p̄mittit̃ felicitas ẽ. Nã de⁹ ẽ veritas sine fallacia: bonitas sine malicia: felicitas sine miseria. Beat⁹ at greg. volẽs oñdere q̃liter p̄dicator ad oẽs se hr̃e debeat. sic dicit ĩ registro Lingua mea bonis fomẽtũ fiat. prauis acule⁹: tumidos retũdat: iratos mitiget: pigros exacuat: desides hortatu succẽdat. refugiẽtib⁹ suadeat: aspis blãdiat̃: despatos cõsolet̃: vt q: doctores dicimur: viã saluti gdiẽtib⁹ oñdam⁹

Qr ex diuerso mõ natiuitat̃ filij q̃drupl̃r distiguunt̃.

Filius uel filii. CA. I.

Circa filios ɔsiderãda sũt tria. s. distictio: puatio punitio: ita q filij p̄mo distinguunt̃ ex modo necessitatis. secundo excludunt̃ a bono hereditatis. Tertio puniuntur

merito iniquitatis. Primo filij distinguunť ex mō ne/
cessitatis. Nā quadruplex est status filioꝝ ſm iura. Qui
dā.n.sunt naturales ꝛ legitimi: sicut q̄ nascunť ex legitiō
matrimonio. Quidā nāles ꝛ nō legitimi: vt filij q̄ nascunť
ex simplici fornicatōe. Quidā legitimi ꝛ nō nāles: sicut fi/
lij adoptiui. Quidā nec legitimi nec naturales: sicut spu/
rij nati de adulterio vel de stupro. Tales.n.nascūť ɔ̄ le
gē positiā ꝛ ɔ̄ legē nature. Hec.b.Tho.iiij. sen.dis.xli.
arti.iij.q.j.in cor.q.p totū. ꝛ pe.de thara. Albertus: Ray.
Bern. ꝛ iura hoc idē dicūt. Ad maiorē tñ euidētiam
p̄dictoꝝ nota hic nouē. Primū est: q̄ legitimus filius
dr aliq̄s duob⁹ modis. Uno mō ſm veritatē: sicut ille q̄
nascit̄ ex legitimo coitu. Alio mō ſm iuris fictōem. vt q̄
p legitiō habeť. Re.infra eo.ca. de modis legitimādi.
Secundū est: q̄ coitus illegitimus vel illicitus nō dicit̄
eē ille q̄ est cōtra legē nature cōem hoī ꝛ alijs aīalib⁹. sed
ille q̄ est ɔ̄ legē nature. s. rōnalis. ꝛ sic illi soli sūt legitimi
q̄ nascūť ex legitima copula: ꝛ illi sūt illegitimi q̄ nascū/
tur ɔ̄ legē nature q̄ est ppria hoī q̄lis ē fornicatio vel
adulteriū ꝛ incestus: vbi.s̄.q.j.in so.j.arg. Tertiū est: q̄
coitus nō est etiā illegitim⁹ inq̄ntū est act⁹ virtutis ge/
neratiue q̄ cōis ē ꝛ natural' oīb⁹ aīalib⁹. s3 inq̄ntū a praua
voluntate pcedit. vbi.s̄.q.ij.in so.ij.ar. Quartū ē: q̄
illegitimus duplex dānū incurrit. s. q2 nō admittiť ad of
ficioꝝ dignitatē: ꝛ q2 priuať hereditate. nō tñ istud dam
nū ē pena: q2 illegitiō nō subtrahiť aliq̄d qd̄ ē debitū ei
dari. S3 nō est debitū ei dari qd̄ alias. s. si fuisset legiti/
mus poterat eē debitū: sic verbigrā Si hoc defectu: pu/
ta q2 talis nō est fili⁹ regis patiť istud dānū q̄ nō succe/
dit in regno: nō iste defect⁹. s. nō esse filiū regis est pena.
Sic nō est pena q̄ aliq̄s q̄ nō est legitim⁹ nō debeať ea
q̄ sunt legitimoꝝ filioꝝ: vbi.s̄.arti.iij.q.ij.in so.j.ar. Qui
tū est: q̄ illegitim⁹ nō est pena plis: quā. s. penā patiať fi
lius ex pctō p̄ris. sed ē quidā defect⁹ ex quo duplex dam
nū incurrit: vt ptz.s̄.imediate. Uerbū aūt ezech.xviij. Fi
lius nō portabit iniquitatē patris. intelligiť de portatio
ne iniquitatis quo ad penā nō quo ad defectū: vel intelli
giť quo ad penā eternā nō tpalē. Sextū est: q̄ li legiti/
mus aliq̄n priuať hereditate p culpa: nō tñ legitim⁹ fili
us dr̄ illegitim⁹: eo q̄ generatōez legitimā habuit. vbi.s̄.
q.iij.in so.j.arg. Septimū est: q̄ fili⁹ illegitimus pōt le
gitimari nō q̄ fiat de legitimo coitu nat⁹. q2 coitus trā
siuit: ꝛ nūq̄ pōt fieri legitim⁹ ex quo semel fuit illegiti/
mus. s3 dicit̄ legitimari inq̄ntū dāna q̄ illegitim⁹ incur
rit subtrahūť p legis auctoritatē: vbi.s̄.q.iij.in cor.q.
Octauū est: q̄ sex sūt modi legitimādi duo ſm canones
Primus est cū quis ducit vxorē primā ex qua filiū ille/
gitimū generauit si nō fuit adulteriū. Scd̄s est p spūalez
indulgentiā dñi pape. Quattuor v̄o modi sunt ſm leges
Primus est si pater filiū naturalē curie imperatoris offe/
rat: fiatq̄ curialis ex hoc ipso legitimať ppter curie ho/
nestatem. Secundus est si pater in testamento nominet
eum heredē ꝛ filius postmodū testamētū impatori offe
rat. Tertius est si nullus sit fili⁹ legitim⁹: ꝛ p̄re defuncto
ipsemet filius seipm principi offerat. Quartus est si pr̄ in
publico testamēto vel cū triū testiū subscriptōe eū filiū
noiet nec adijciat naturalē. Hec.b.Tho.iiij.scri.sen.dist.
xlj.arti.iij.in cor.q.p totū. Nonū est: q̄ legitimare pōt
imperator ꝛ rex francie qui nullum h3 superiorem. De pa/
pa aūt vtrum possit legimare quo ad successionē heredi
tariam duplex est opinio: Quidā dicunt q̄ in locis vbi
papa non habet iurisditōem tpalem non pōt legitimare
quo ad successionē hereditariā: vel quo ad alia tempa/
lia sed solū quo ad spūalia. Alij v̄o oppositū dicunt qui
dupliciter distinguunt. Johānes.n. dicit q̄ in locis vbi
papa nō h3 tpalē iurisditōez nō pōt legitimare principa/
liter: sed ex cōsequenti. Nā ex eo q̄ legitimat eū quo ad
spūalia que sunt magis digna: secūdario ꝛ ex cōsequēti
legitimat eū quo ad tpalia que sunt minus digna. Et p
hac opiniōe allegat papa. c. Per venerabilē. extra eo.ti.
Alij v̄o dicūt vt innocentius ꝛ hostiē. laurētius q̄ papa
pōt facere. vñ eo ipo q̄ est legitimatus ad actus spūales
pōt fieri iudex ꝛ hr̄e tpales honores ꝛ officia: que alias
hr̄e nō posset. Hec in sum.cōfes.li.iij.ti.xxiiij. q̄ filij sunt
legitimi ꝛ qui nō.

¶ Qr̄ filius priuať hereditate pa/
tris duplici rōne. CA.II.

S Ecūdo principalr̄ circa filios ɔſiderāda est pri/
uatio. Nā filij priuanť bono hereditatis paťne
Et hoc duplici rōne. s. criminis ꝛ originis. Primo crimi
nis: Nā in q̄ttuor criminibus p̄ris filij priuanť ꝛ excludū
tur ab hereditate paťna p⁹ in crimine heresis: ꝛ hoc mul
tis modis. s. cū pater publice p̄dicat ɔtra fidē catholicā
vel publice pfiteť vel defendit errorē: vel corā p̄lato suo
cōuictus est vel cōfessus: aut de heresi finaliter ɔdēnat⁹.
scd̄o in crimine lese maiestatis. tertio ſm quosdā in cri/
mine symonie: q2 ei parificat. quarto in crimine interfe/
ctōis clerici priuať nō solū hereditate s3 oī ecclesiastico
beneficio. Ray.in sum.li.j. ꝛ in sum.ɔfes.li.j.ti.v. de he/
reticis.q.vij. Secundo priuanť filij hereditate paťna
rōne originis. Ubi nota: q̄ illegitimi nati carent seu pri
uanť tribus. s. nobilitate: dignitate: vel auctoritate: here
ditate. Nā primo carēt nobilitate. Nā viles psone ꝛ in/
fames de coitu illicito oriunť: vñ de cōmixtōe meretri/
cū estimādū est degeneres pplos ignobiles ꝛ furiētes ef
frenata libidie pcreari. 2⁹ tales p̄uanť clericali dignita/
te. ꝛ h̄ triplici rōe. pma ē: q2 tales dignitates vilib⁹ ꝛ infa
mib⁹ psonis cōmitti nō debēt. secunda est. ppter detesta
tōem paterni criminis. tertia est q2 tales filij solent esse
imitatores paterni sceleris. Hec in sum.cōfes.li.iij.ti.xix.
de filijs p̄sbyteroꝝ.q.j. Tertio filij illegitime nati pri/
uanť hereditate. Nō.n. illegitime nati succedūt in here/
ditate paterna. s. in toto: s3 tñ naturales filij succedē pūt i
septia pte tñ. Spurij aūt in nulla pte q̄uis ex iure natu
rali pentes eis in necessarijs puidere teneanť: vñ ad soli/
citudinē cui ptinet vt vtrūq̄ parentū cogat ad hoc q̄ eis
pudeat. Hec.b.Tho.iiij. sen.dis.xlj. arti.iij.q.ij.in cor.
q. p totū vñ aplo ad Gala.iiij. de hoc sub figura loquens
e sic ait: Eijce ancillā ꝛ filiū eius. Nō.n. heres erit fili⁹ an/
cille cū filio libere. In quo verbo q̄ttuor tangit. Primo
quid detestandū: ibi Eijce ancillā. qd̄ exponiť trib⁹ mo/
dis. p⁹ sic: Eijce ancillā. i. agar: que vetus testamētū signi
ficat: ꝛ filium eius. i. populum iudeoꝝ. 2⁹ modo sic: Eijce
ancillam. i. carnem. ꝛ filium eius. i. opa carnis. 3⁹ sic: Eijce
ancillam. i. concupiscentiā. ꝛ filium eius. i. opus malum
Et subdit causam: Non enim erit heres filius ancille. i.
obseruator veteris testamēti non poterit puenire ad he/
reditatē obseruationis euāgelij. Uel sic: Filius ancille.
id est actus carnis vel cōcupiscentie. non erit heres cum
filio libere. id est cum opere gratie. Uel sic: Filius ancil/
le non erit heres cum filio libere. id est mali cum bonis.
iudei cū christianis. Sicut enim nūc in cōuersatione sūt
dissimiles: ita in futuro erunt in retributione. Scd̄o tā
git quid amplectendū q2 ratione ibi Libere. Sicut enī
ancilla signat carnē: ita libera ratione q̄ ē in omnibus am
plectēda. Tertio tāgit q̄d pmouēdū: ibi Filiū libere. i.
opa rōis. Quarto tāgit q̄d appetēdū. s. hereditatē q̄ glo/
riā celestē significat. Nos autē nō sumus ancille filij: s3
libere. i. legis euāgelice q2 seruim⁹ deo ex charitate q̄ est
lex libertatis: Joh.viij. Si fili⁹ vos liberauerit vere libe
ri eritis. Req infra Lex. Et q⁹ q̄ttuor bona ɔsequimur.
Primo eni sum⁹ de hereditate certiores. Ad Ro.viij. Si fi
lij ꝛ hēdes. scd̄o sum⁹ ad credulitatē pniores. 3⁹ sumus

vel esse debemus ĩ libertate gratiosa. quarto sumus ĩ dignitate hūiliores ꝛc̃.

¶ Nota casus q̃d dꝫ facere mulier hñs filios legitimos ꝛ filiū de adulterio ne filij legitimi defraudent̃. CA.III.

a Ad maiorē tñ euidētiā p̄dictoꝝ nota hic tres casus. Primus casus est: q̄ mlier que hꝫ filios legitimos ꝛ filiū de adulterio: vel que supponit alienū ꝑtum dꝫ laborare quibuscūqꝫ modis pōt ne filij legitimi fraudent̃ hereditate paterna: in quo casu hoc mō dꝫ ꝓcedere. p° q̄ reuelet in pn̄ia factū suū sacerdoti ꝓchiali vel ep̄o vel penitētiario: vel dño pape vel eius legato. 2° inq̄rant ambo. s. mulier ꝛ ille cui in pn̄ia dixit diligēter ꝛ caute: si ille spurius vel supposit⁹ sit hō spūalis ꝛ timēs deū. 3° hoc inuento vocēt eū secreto ꝛ reuelent sibi. cui postea ↄsulere potuerūt q̄ ingrediat̃ religionē: vel q̄ transferat se ad longinqua regionē et sic nihil percipiat de bonis illius quē credebat eē patrē suū. Si vō illi spurio vel supposito nō pōt reuelari sine ꝑiculo. vel facto sibi reuelato nō vult acquiescere. tūc sacerdos ꝓchialis vel supior iniūgat mulieri q̄ de spōsalitio suo ꝛ alijs rebus quas hꝫ vel in futurū habere poterit satisfaciat iuxta posse. Hec autē satisfactio fiat ꝑ aliā ꝑsonā. s. ꝑ iudicē pn̄ialem vel ꝑ aliā ꝑsonam religiosam secrete ꝛ caute sub istis verbis. Quedam ꝑsona tenet̃ vobis in hoc accipite: ꝛ ita erit in bono statu. Hec in sum. ↄfess. li. ii. ti. v. q. xxiii. de filio concepto ꝑ adulteriū rubricella. Scd̃s casus: q̃d dꝫ facere mulier q̄ dampnificauit virū vel filios legitimos dando filio illegitimo. Rn̄deo ꝛ dico: q̄ talis mulier aut pōt satisfacere: aut nō. Si pt̄ satisfacere tenet̃: ꝛ est sp̄ in mora quo ad diuinū iudiciū donec satisfecerit aut dilatōem impetrauerit. Si aūt nō pōt satisfacere vł restituere: tūc petere tenetur veniā eius qui damnificatus est: aut ꝑ seipam si pt̄ aut ꝑ ꝑsonā aliā si nō audet: q̄ ꝑsona dꝫ subticere nomen ꝛ circūstantias ꝑsone ꝓ qua intercedit si in expssione nominis timeat̃ scādalū vel ꝑiculū. nō tñ tenet̃ petere veniā de dilatōe: qꝛ nō est in mora in hoc casu. s. quā nō pōt q° ad diuinū iudiciū. vbi. s̄. li. ij. ti. v. de filio cōcepto ꝑ adulteriū. q. xxiiii. ꝑ totū. Tertius casus est: q̄ mr̄ q̄ nō habet filios legitimos sꝫ hꝫ filios in adulterio occulto. pōt filijs taliter natis vel alijs quibusdā alienare de hereditate sua. dū tñ nō sint turpes vel indigne ꝑsone. Itē etiā pōt de cōsensu legitimoꝝ filioꝝ vel heredū aliorꝝ facere illegitīos filios suos coheredes legitimoꝝ nisi repugnet loci cōsuetudo: vbi. s̄. imediate. q. xxvi. ꝑ totū.

¶ Q̄ fili⁹ quā̄qꝫ punit̃ ꝓ pr̄e quā̄qꝫ vō ꝓ seipo. CA.IIII.

b Tertio p̄cipalr̄ circa filios ↄsiderāda ē punitio. Nā filij puniūt̃ quā̄qꝫ merito paterne iniq̄tatis. Ad maiorē tñ euidentiā p̄dictoꝝ ꝛ dicēdorū nota q̄ filij quā̄qꝫ sunt similes patrib⁹ in nobilitate ꝛ ĩ bonitate: quā̄qꝫ vō dissimiles. p° quidē in nobilitate inquātū filij qui parentū nobiliū ꝛ bonoꝝ vestigia imitantur sunt nobiles fm̄ opinionē ꝛ fm̄ veritatē. Si aūt bonorū patrū ꝛ nobiliū sunt filij mali: erunt nobiles fm̄ opinionē sꝫ ignobiles fm̄ rei veritatē. Ecōtrario autē est de filijs maloꝝ. 2° hoc idē p̄t ex p̄te cōplexiōis qꝛ sicut filij quā̄qꝫ sunt similes ꝛ dissimiles patri in cōplexiōe ꝛ dispositōe corpis: ita q̄ ex parētib⁹ magnis: pulcris ꝛ fortib⁹ filij magni: pulcri ꝛ fortes nascunt̃. Et ecōtrariū sunt dissimiles ita q̄ ex parētibus magnis: pulcris ꝛ fortib⁹ filij parui turpes ꝛ debiles oriunt̃. Sic in malicia ꝛ bonitate ꝛ ꝑ cōsequens in felicitate ꝛ dānatiōe vel penalitate filij sūt siles ꝛ dissimiles parētibus suis. Hec. b. Tho. in scri. sup p̄mū librū politicoꝝ. ca. iiij. Ex his colligere possumus duo. primū est: q̄ filius nō sp̄ punit̃ ꝓ peccato patris. secundū est: q̄ filius quā̄qꝫ punit̃ ꝓ pctō patris. Primū est: q̄ filius nō semꝑ punit̃ ꝓ pctō patris ꝛ ecōuerso. ita dicit̃ Ezech. xviij. Filius non portabit iniq̃tatē patris, nec pater iniquitatē filij ꝛc̃. Qd̄ verbū intelligit̃ quattuor modis. s. spūaliter vel mētaliter: inuisibiliter: finaliter eternaliter. p° mentaliter vel spūaliter: l3 n. filius ꝓ pr̄e vel dominus ꝓ seruo corporaliter affligatur ꝛ puniatur non tamen spiritualiter. s. in bonis anime aliquis detrimentū patitur sine propria culpa. Cuius rō est: qꝛ q̄ntum ad aīam filius non est res patris nec econuerso. ꝛ seruus non est res dñi nec ecōuerso. sed fm̄ aīam quilibet est liber sui. ꝛ fm̄ aīam est dei: Ezech. xviij. Oīes anime mee sunt sicut ꝛ anima patris ita ꝛ anima filij. 2° filius nō portabit iniquitatē patris inuisibiliter. l3 n. sensibiles ꝛ visibiles afflictōes ꝛ penas dñs frequenter iuste quibusdā sine culpa propria immittat. inuisibiles tamen penas deus sine culpa propria non immittit. vnde sicut iniusticia videtur esse alium peccare: ꝛ alium lugere. Sic iniustū est q̄ alius peccet ꝛ alius puniat̃. 3° filius non portabit iniquitatē patris finaliter. l3. n. in p̄senti vnus ꝓ alio puniatur. non tamen finaliter. ita dicitur Deuterono. xxiiij. Non occidentur patres ꝓ filijs: nec filij ꝓ patribus: sed vnusquisqꝫ pro peccato suo morietur. 4° filius non portabit iniquitatē patris eternaliter. Nam pena temporali quā̄qꝫ punitur vnus pro alio. sicut filius ꝓ patre vel seruus ꝓ dño: non tamen pena eternali. Cuius ratio est fm̄ Augu: quia pena eterna non cōfert ad salutē pena autē temporalis confert ꝛ valet ad multa. Q̄ autem pena spirituali mentali vel inuisibili finali ꝛ eternali fili⁹ non puniatur ꝓ patre ꝛ seruus ꝓ domino vel ecōuerso multipliciter ꝓbo. p° auctoritate Ray. q̄ dicit: q̄ malicia parentū nō nocet bono filio quo ad deum. nec bonitas filij excusat maliciā parentū ꝛ ecōuerso: sed nocet interdū quo ad penam temꝑalem. Iterū malicia parentū inducit p̄sumptōem cōtra filium ꝛ ecōuerso malicia filij inducit p̄sumptōem ↄtra patrē: in sum. Ray. li. ij. Et in sū. confes. li. iij. ti. xix. d̄ filijs p̄sbyteroꝝ ꝛ illegitime natis. q. xvi. ꝑ totū. 2° ꝓbo auctoritate Augu. sic dicentis: Quis locus innocentie relinquit̃ si alienū crimen maculat nescientē. 3° ꝓbo auctoritate legis que sic dicit: lex canonica dicit: Crimen vel pena paterna nullā maculā filio inferre potest: quia vnusquisqꝫ ex suo cōmisso pene subijcit̃: nec alicuius criminis successor cōstituitur. 4° auctoritate ezechi. xviij. Anima que peccauerit ipsa moriet̃ ꝛ filius nō portabit iniquitatē patris 5° rōne sic ꝓbatur: Pena infertur alicui homini rōne culpe: ergo vbi culpa vnius non transit in aliū: ergo de iusticia pena nō debet transire in aliū. Et cōfirmatur hec ratio ꝑ illud qd̄ dicit̃ ezech. xviij. Quid ē q̄ inter vos ꝑabolā veritatis in ꝓuerbiū istō dicētes: Patres comederūt vuā acerbā ꝛ dētes filioꝝ obstupescūt. Vbi glo. sic dicit Sicut ridiculū est pr̄es comedere vuā acerbā ꝛ dētes filioꝝ obstupescere: ita iniquū est pr̄es peccare: ꝛ filios nepotesqꝫ cruciari.

Scd̃o vō filius quā̄qꝫ tꝑaliter vel corꝑaliter punit̃ ꝓ pctō pr̄is sine culpa ꝓpria. nō tñ sine cā. Hoc āt facit de⁹ p̄cipue quattuor rōnibus. p° rōne ↄsanguinitatis. Nā inquantū filius est res patris: ꝛ seruus dñi. punit̃ filius ꝓ pctō pr̄is: ꝛ seruus ꝓ pctō dñi. 2° rōne imitatōis: inquantū filij imitant̃ peccata patrū cōsentiendo vel faciendo. vnde apl̄s ad Ro. j. Non solum qui talia faciunt digni sunt morte sed etiā qui cōsentiunt faciētib⁹. vbi haymo sic dicit: Faciens ꝛ cōsentiens non excusant̃. sꝫ vterqꝫ ē dignus morte eterna. 3° rōne p̄uaricatōis vł offensionis: sicut ꝓpter peccata populi dominant̃ tyranni. Job

q xxxiiij. Qui regnare facit hoīem hypocritā propter peccata populi. In quo verbo primo notatur plenitudo seu excellentia ptātis: ibi Qui facit. s. quicquid vult. in psal. Oīa quecūqꝫ voluit fecit. secūdo seuicia p̄sidis seu regis

ibi Regnare ypocritā.i.quēcunqꝫ simulatorē regē vl' principem facit regnare nō approbando sed ꝑmittēdo. 3ᵒ ponitur causa vltima vl' incēta: ibi Propter pctā ppli.q.d. Deus non ꝑmitteret pctōrem regnare vel malū fieri nisi inde eliceret bonū. vñ subdit': Propter pctā ppli vl' purganda vel manifestāda. Quarto rōne dissimulatiōis: sicut boni viri interdū tꝑaliter puniunt'.qꝛ pctā malorū nō redarguūt sꝫ dissimulāt. vñ Grego. in registro sic ait: Qui nō corrigit resecāda cōmittit ⁊ faciētis culpā habꝫ ꝗ qd pōt corrigere negligit emēdare. Req.ā. Correctio, quot modis boni dissilant corrigere pctōres. Propter hec quattuor dicit' Exo.xx. Ego sum deus zelotes visitās iniquitatē patrū in filios in tertiā ⁊ quartā generatiōem his ꝗ oderūt me. Dicit' aūt puniri pctā patꝝ in filios spāliter pp̄ quattuor rōnes. Prima ē pp̄ ꝓnitatē: qꝛ filij in pctīs parentū nutriti, ꝓniores sunt ad peccādū. Scda est ꝓpter ꝯsuetudinē. Nā filij assuescunt peccare exēplo patrū. Tertia est ꝓpter imitabilitatē. imitant' enim filij peccata patrū quasi eoꝝ auctoritatē sequētes. Quarta est ꝓpter grauitatē. sunt.n. filij maiori pena digni si penas patrū vidētes nō sunt correcti. Jō aūt addit: In tertiā ⁊ quartā generatōem: qꝛ tm̄ ꝯsueuerūt hoīes viuere vt in tertiā ⁊ quartā generatōem videāt: ⁊ sic mutuo videre possint. ⁊ filij pctā parētū ad imitandū: ⁊ patres penas filiorū ad dolendū. prima scđe.q.lxxxvij.arti.viij.in cor.q. et in solu.i.argu. Ubi nota ꝙ magis dicunt' puniri ꝓ peccatis parentū ꝓpinqui qꝫ extranei: ⁊ hoc triplici rōne.s. attinentie: redūdantie: influentie. pmo rōe attinentie: qꝛ filij ⁊ ꝓpinqui sunt quedā res patris. scđo rōne redūdantie: inquantū pena ꝓpinquoꝝ redundat in illos ꝗ peccauerūt. tertio rōne influentie: qꝛ domestica exempla ⁊ domestice pene magis mouēt. vñ qñ aliqs est nutritꝰ ī peccatis parentū vehemētius ea sequit'. ⁊ si eoꝝ penis nō ē deterritus obstinatior videt'. vñ ⁊ maiori pena ē dignus ibidē in so.iij.ar.ꝓ totū. Qꝫ aūt dicit: Uisitās pctā prm in filios vsqꝫ in tertiā ⁊ quartā generatōem: magis videtur ad miām qꝫ ad seueritatē ꝑtinere. dū nō statī vindictā adhibet. sꝫ spectat in posterū saltē vt posteri corrigantur. vbi.ē in solu.i.arg.in fine.

¶ Qꝫ deꝰ qñqꝫ punit tꝑaliter filiū sine culpa eius ꝓ pctō pris. CA.V.

a D maiorē etiā euidentiā pdictoꝝ nota: ꝙ ex dispensatōe dīna ꝓcedit ꝙ vnꝰ tꝑali pena sine culpa ꝓ peccato alterius puniat'. ⁊ hoc quattuor rōnibus. Prima rō est ōnsio solicitudīs charitatis. Naꝫ quilibet nō solū ꝓ seipo: sed etiā ꝓ alio solicitus dꝫ eē nō solū ad excludēdū malū: sed etiā ad ꝯsequendū bonū. hꝫ ꝑ exēplū ptꝫ in corpe nr̄o. Uidemus.n. in mēbris corpis: ꝙ mēbra nō solū ꝓ seipis: sꝫ etiā ꝓ inuicē sunt solicita. et si quid patit' vnū mēbꝝ cōpatiunt' oīa mēbra. Sic etiaꝫ esse dꝫ in societate ppli xpiani: ꝙ nō solū de seipo quilibet diligentiā habeat: sꝫ de alio vt ptes in toto ⁊ tāqꝫ corporis mēbra. vñ ⁊ cayn fuit punitus qꝛ dixit: Nūqd custos fratris mei sum ego Geñ.iiij. Scda rō quare deus tꝑaliter vnū sine culpa punit ꝓ alio est ōnsio magnitudinis sceleris: Sicut peccāte achor totus ppl's punitus est de quo dictū est. peccauit ppl's: Josue.vij. vbi Augu. sic' significatū est quātū malū fieret si vniuersa mltitudo peccasset qñ vnus ita potuit iudicari vt ab eo ceteri nō possent eē securi. Tertia rō est exhibitio honoris. Nam cham peccāte filius eius chanaan fuit punitꝰ.s. maledictōe diuina: Geñ.ix. Ad ōndēdū ꝙ dēs filij sp eēnt ī honore patris. Quarta rō est sollicitudo fauoris. Nā ꝓ pctō filiorū hely ppl's israel in cōspectu philistinoꝝ corruit.i.Reg. iiij. ad ōndendū fm.b.Greg. ꝙ meritis platoꝝ deprauat' vita subditoꝝ: qꝛ cū subditi suis platis fauēt ad malū cū eis sil' corruunt: Sicut filij israel diu fauētes pctis sacerdotū tādē cū eis ceciderūt in manibꝰ hostiū. Silr qꝛ dauid pplm numerauit ꝓ pctō gladiꝰ dñi deseuit in pplm qꝛ ppl's in hoc pctō eius fauebat. Sꝫ forte argues sic: Hō in iudicijs hūanis dꝫ imitari dīnū. sꝫ deus punit aliquē sine ꝓpria culpa ꝓ pctō alterius: vt ptꝫ ꝑ quattuor rōnes pdictas: ergo etiā hō iudex silr' debet facere. Rñdeo ⁊ dico ꝙ duplex est pena.s. spūalis ⁊ corpalis. Pena aūt spūali deus nūqꝫ punit aliquē sine pctō: ⁊ in hoc hūanū iudiciū dꝫ imitari dīnū. Ubi etiam nota: ꝙ pena spūalis fm Ray. est duplex.s. pena excōicatōis: ⁊ hac nunqꝫ debꝫ puniri vnus ꝓ alio. vñ Aug. ad auxiliū epm sic dic. Non imputant' filijs pctā parētū que pꝰ eoꝝ natiuitatē a parentibꝰ cōmittunt': nec ꝓ pctis parētū spūali pena filij sūt plectēdi: qualis ē excōicatio maior ꝗ sepat a suffragijs ecclesie ⁊ ꝑticipatōe sacroꝝ. Alia pena spūalis ē interdictū. ⁊ hac punit' familia ⁊ ciuitas vel tota ꝓuincia ꝓ pctō dñi ⁊ hoc pp̄ magnitudinē pcti. ⁊ qꝛ aliter nō pōt cōpelli ad satisfactiōem. aliqñ etiā remouet' familia ab altaris oblationibꝰ ꝓ peccato dñi. Hec in sum. cōfessi. li.iij. ti.xxxij q.viij. vtrū vnus hō possit puniri ꝓ pctō alterius. Secunda vō pena est corpalis: ⁊ hec ē duplex.s. flagelli ⁊ dāni. vbi nota ꝙ fm hūanū iudiciū nunqꝫ dꝫ aliqs sine culpa puniri pena flagelli vt occidat': mutilet' vel verberet'. vñ Aug. de ciui. dei. li.xxj. ca.xiij. sic dicit: Peccat quidē hō ꝗ ignorātia vel iniusticia cuiqꝫ mali aliqd facit. sꝫ nō peccat deus ꝗ iuste quãuis occulto iudicio fieri sinit. Sed pena dāni sicut etiā fm hūanū iudiciū punit' aliquis sine culpa: sed nō sine cā: scđa scđe.q.cviij. arti.iiij. in sol.ij. arg. Re. infra Pena cōplete. Nota etiaꝫ ꝙ si filius vel subiectus est ꝑticeps culpe patris vel dñi: tunc pena inflicta hꝫ rōem pene.s. ad eū qui punit'.s. quãtū ad filiū vel seruum: ⁊ quãtū ad eū ꝓ quo punit'.s. quãtū ad patrē vel dñm. Si vō filius vel subiectus nō sit ꝑticeps culpe tūc hꝫ rōnē pene quãtū ad eū ꝓ quo punit'. quãtū vō ad eū qui punit' hꝫ rōem medicine que sp̄ in melius ordinat': prima scđe q.lxxxvij. arti.viij.

¶ Qꝫ fornicatio sp̄ est peccatū. CA.I.

f Fornicatio. Circa fornicatōem que cōsistit in coitu soluti cū soluta ꝯsiderāda sunt tria.s. error qui excludit': horror ꝗ intendit': timor qui incutit'. Primo ꝯsiderandus est error ꝗ excludit'. Fuit .n. antiquitus duplex error: vnus fuit circa fornicatōem alius circa seminis emissionē. Primus error circa ipaꝫ fornicatōem fuit gētiliū apud quos fornicatio simplex nō reputabat' eē pctm̄. qd ad presens potest vnica ratione probari sic: Actus vel vsus naturalis non est peccatū: nam in talibus actibus nec meremur nec demeremur. sed fornicatio est actus vel vsus naturalis viri cum muliere: ergo ⁊c. Si autem non est peccatū: ergo per consequens coitus fornicarius non est prohibitus. Respondeo ⁊ dico: ꝙ coniunctio maris ⁊ femine est a iure naturali vel a natura: non quolibet modo facta sed cum debitis circumstantijs. Nam coniunctio maris ⁊ femine licꝫ sit naturalis a natura generis: fm ꝙ natura docuit omnia animalia vt masculus cum femina coiret: non tamen est naturalis a natura speciei que est rōnalis: nisi sit vir cuꝫ muliere sua. Qꝫ aūt simplex fornicatio sit peccatū tali rōne ostēdo: Coitus naturalis ⁊ licitus est ordinatus ad tria bona.s. ad bonū ꝓcreatōis: nutritōis: instructōis sed coitus fornicarius est cōtra hec tria bona: ergo ⁊c. hꝫ aūt patet ꝑ singula discurrendo. pᵒ enim coitus fornicarius est contra bonum ꝓcreationis: qꝛ fornicator non intendit ꝓcreationem vel generatōem prolis sed solum libidinem. Omnis autem actus vel coitus libidinosus

qualis est fornicarius sm se vitiosus est et culpabilis. 2° coitus fornicatõis est cõtra bonũ nutritõis: indiget. n. ples postq̃ generata est nutriri: et qr mulier in spẽ hũana minime sufficit ad ,plis educatõem vel nutritõem, ppter multa que hũane vite sunt necessaria que p mulierẽ solam pcurari non possunt: ideo opz q hõ post coitũ cum muliere maneat: et non statim ad quãcunq3 indifferẽter accedat: sicut accidit apud fornicatores. 3° coitus fornicarius est cõtra bonũ eruditionis. Oportet. n. q ,ples nõ solũ pcreẽt et nutriaẽt sed etiã vt erudiaẽt et instruaẽt. Cuius instructõis mox geniti nõ sunt capaces. sed p longuz tps et pcipue cũ ad annos discretiõis puenerint: et qr nutrire instruere passiões puerorum reprimere mulier nõ sufficit sola: iõ magis requiriẽ opus maris in quo est rõ pfectior ad instruendũ: et virtus potẽtior ad castigandũ. vñ opz q homo non ad modicũ tps: sed diuturnã societatẽ ad mulierẽ determinatã habeat: quã societatẽ mrimoniũ appellamus. Secũdus error fuit circa seminis emissionẽ. Dicebant. n. quidã q in emissiõe vel pcctiõe seminis extra locũ suum est peccatũ nullũ. qd ,pbant p locum a simili isto modo: Sicut se habet in emissione superfluitatũ corpis: ita in emissione seminis qd ,est supfluũ vel de supfluo alimenti. sed in emissione aliarũ supfluitatũ corporis sicut egestionũ vrine: sudoris et similiũ nullum cõsistit peccatũ. g similiter in emissione semis nullũ est peccatum. Rñdeo et dico q non ita se hz de emissione aliarũ supfluitatum et seminis. Cuius rõ est: qr semen et si sit supfluũ q̃tũ ad cõseruatõem indiuidui: est tñ necessariũ q̃tum ad ,ppagatõem speciei. Alia vo supflua vt egestio: vrina: sudor: ad nihil sunt necessaria. vñ ad bonũ hominis ptinet solũ q emittanẽ hoc aũt nõ solũ in semine queriẽ: sz q emittaẽ ad generatõis vtilitatẽ ad quã coitus ordinaẽ. Et iõ sicut peccat q̃ vtiẽ aliqua sui corpis pte ad aliũ vsum pter q̃z ad illũ ad quẽ est ordinata. verbigratia: Ut si quis ambulet manib9 et pedibus aliqd operetur: ita inordinata emissio seminis repugnat bono nature qd est ɔseruatio speciei. vñ post peccatũ homicidij (q9 natura humana iam in actu existens destruiẽ) hoc gen9 peccati videẽ secũdũ locum tenere quo hũane nature generatio impediẽ. Hec. b. Tho. ɔ gen. li. iij. c. cxxij. p totũ.

¶ Q fornicatio est pctm̃ mortale: et q pctm̃ ɔ naturam cõmittiẽ quattuor modis. CA. II.

Secundo circa fornicatõem cõsiderand9 est horror qui intendiẽ. nam peccatũ fornicatõis quilibet debet horrere: eo q ipsa fornicatio spẽ ẽ peccatũ mortale. Hoc aũt ad pñs ,pbo triplici rõne s. rõe cõtrarietatis qualitatis penalitatis. Primo rõne cõtrarietatis sic: Illud qd cõtrariaẽ diue ordinationi: naturali rõni: et dilectioni ,primi est peccatũ mortale: sed fornicatio hec tria facit. primo. n. ɔtrariaẽ fornicatio diue ordinationi q̃ fuit et est: q vna vni cõiungaẽ. scdo ɔtrariaẽ naturali rõni que vult q coitus fiat ad istũ finẽ. s. ad bonũ generatõis: nutritõis: instructõis: vt ptz ca. pce. tertio ɔtrariaẽ dilectiõi ,primi: q̃tũ ad hoc q repugnat bono ,plis nasciture: dum. s. dat opam generatiõi: nõ sm q cõuenit ,pli nasciture. Hec. b. Tho. scda scde. q. cliiij. arti. ij. i cor. q. et in solu. iiij. argu. Scdo fornicatio est peccatum mortale rõne qualitatis sic: Crimẽ importat pctm̃ mortale: sed fornicatio appellaẽ et est crimẽ ita dr Tobie. iiij Attende tibi ab oĩ fornicatõe: et pter vxorẽ tuã nõ patiaris crimen scire. g oĩs fornicatio et oĩs cõcubitus qui est pter vxorẽ est peccatũ mortale. Tertio rõne penalitatis sic: Nihil excludit a regno dei nisi peccatũ mortale: fornicatio aũt excludit vt ptz p aplm ad Gala. v. vbi pmissa fornicatõe et quibusdã alijs vitijs subdit: Qui talia agũt regnũ dei nõ possidebũt. g fornicatio simplex est peccatum mortale: vbi. s. imediate: arti. ij. in duob9 argu. ꝯtra.

Sz forte cõtra hoc argues et dices: q fornicatio nõ sit peccatũ mortale sed veniale. p Aug. in li. de bono coniugali. qui sic dicit: Qd est cibus ad salutẽ corporis hoc est cõcubitus ad salutẽ generis. sed non omis inordinatus vsus ciborum est peccatũ mortale. ergo nec oĩs inordinat9 cõcubitus qualis est cõcubitus fornicarius est peccatum mortale. Rñdeo et dico: q nõ ita est de cõmestione sicut de fornicatione: eo q ex vna cõmestione nõ impediẽ bonum totius vite vnius hoĩs. et ideo actus gule ex suo genere nõ est peccatũ mortale: nisi scienter quis cibum comederet qui totã cõditõem vite eius immutaret: sic ptz de adam. sed ex vno cõcubitu põt vnus hõ generari. et iõ inordinatus cõcubitus q̃ impedit bonũ ,plis nasciture ex ipso genere actus est peccatũ mortale: et non solum ex inordinatõe ɔcupie: vbi. s. arti. ij. in solu. vi. argũ. p totũ.

Si quis aũt querat qd peccatũ inter pctã luxurie sit magis horrendũ et detestandũ. Dico hic duo. s. numerũ et excessum vel reatũ: aut multitudinẽ et grauedinẽ. Primo enim loquendo de numero vel multitudine pctõrum: dico q septẽ sunt peccata carnalia. s. pctm̃ cõtra naturã. incestus stuprũ: raptus: sacrilegiũ: adulteriũ: fornicatio. p°. n. peccatũ ɔtra naturã est p qd ,impediẽ generatio ,plis. quod quattuor modis põt ɔtingere. primo si absq3 oĩ concubitu cũ delectatõis veneree pollutio ,pcureẽ: et sic ẽ immũdicia vel molicies. secundo si fiat cõcubitus ad rem non eiusdẽ speciei: qd vocaẽ bestialitas. tertio si fiat p concubitũ ad non debitũ sexũ: puta masculi ad masculũ: vel femine ad feminã. qd diciẽ sodomiticũ. quarto mõ si non seruatur naturalis modus cõcubendi: aut q̃tum ad instrumentũ nõ debitũ: aut q̃tum ad alios mõstruosos et bestiales modos cõcubendi: vbi. s. arti. ix. in cor. q. i medio et in fine. 2° incestus cõsistit in abusu mulierũ consanguinitate vel affinitate iunctarũ. 3° stuprũ proprie ɔsistit in actu venereo: quo virgo in ptãte patris existẽs defloraẽ. 4° raptus cõmittiẽ. cum puella violẽt a domo patris educiẽ vt corrupta in vxorẽ habeaẽ. 5° cõmittitur adulteriũ in accessu ad alienũ thorum. 6° sacrilegiũ cõmittiẽ in violatione mulieris q̃ est obligata deo p votum. 7° fornicatio est p quam impedit educatio et promotio ,plis nate: vbi. s. q. cliiij. arti. j. in cor. q. p totum.

Secundo vo loquendo q̃tum ad excessum vel grauedinẽ peccatorum carnaliũ. Dico p° q peccatũ cõtra naturã est grauissimũ et turpissimũ inter oĩa. et hoc etiam habz gradus in grauitate. sicut ptz discurrendo p modos eius. 2° post illud est incestus. 3° adulteriũ est grauius q̃z incest9 vel stuprũ: eo q hõ p hoc peccatũ abutiẽ muliere. 4° raptus rõne violentie est grauius q̃z incestus vel stuprum. 5° raptus vxoris est grauius q̃z adulteriũ. 6° fornicatio simplex que cõmittiẽ sine iniuria alicui9 est minima inẽ oẽs spẽs luxurie. 7° omnia peccata pdicta aggrauaẽ sm rõem sacrilegij: vbi. s. arti. xij. in cor. q. iuxta finẽ. Nota tamen hic quinq3 ad euidentiã pdictorum. Primũ ẽ: q peccatũ cõtra naturã quattuor modis põt ɔtingere et q̃s sit grauior inter illos. Req. s. et pone hic. Scdm est: q sacrilegiũ aggrauat oĩa peccata ptinentia ad luxuriã rõne iniurie que fit deo. et iõ sm leges grauius puniẽ. vñ Justinianus impator sic dicit: Si quis nõ dicam rapere: sz attẽtare tantũmodo matrimonij iungendi cã sacratissimas virgines ausus fuerit capitali pena feriaẽ: vbi. s. arti. x. in solu. ij. argu. in fi. Tertiũ est: q sacrilegiũ põt concurrere cum diuersis speciebus luxurie. verbigratia. Ut si quis abutaẽ psona cõiuncta sibi sm spũalem cognationẽ cõmittit sacrilegiũ ad modũ incestus. Si aũt abutaẽ virgine deo sacrata inquantũ est sponsa xpi cõmittit sacrilegiũ p modũ adulterij. Jnquantũ vo est sub spũalis

patris cura erit quoddā spūale stuprū. Et si violentia inferat erit spūalis raptus. Quartū est: q rapt⁹ soluat qualiscūq₃ violentia assit. Quintū ē: q rapt⁹ inuenit sine stupro: puta si aliq̄s rapiat viduā vel puellā corruptā. Stuprum etiā qñq₃ inuenit sine raptu. s. qñ aliq̄s sine violētie illatione virginē illicite deflorat: vbi. ß. arti. vij. in cor. q. in fine.

¶ Q₃ peccatū fornicatiōis horrere ꝛ vitare debemus quattuor rationib⁹. CA. III.

Tertio pncipaliter circa fornicationē ɔsiderād⁹ est timor qui incutit. nā pctū fornicationis singulariter timere: horrere ꝛ vitare debem⁹ quattuor rōnib⁹. Primo rōne pcepti: eo q nō solū in nouo: ſ₃ etiā in veteri testamento fornicatio phibet. Nam sm Augu. habem⁹ Exodi. xx. Nō mechaberis: sm lrām: sm expositionē: ꝛ vt. lxx. interpres habent. Nō fornicaberis vbi generaliter oīs coitus illicitus phibeat. Scdo rōne iudicij. vñ ad Hebre. vlti. dicit: Fornicatores ꝛ adulteros iudicabit de⁹. i. cōdēnabit. Tertio rōne supplicij. vñ super illo vbo pu⁹er. vi. Preciū scorti vix est vnius panis glo. sic dicit: Breuis voluptas fornicationis. ꝛ perpetua pena fornicationis. Dicit aūt q voluptas que ex scorto accipit vix est pciū vni⁹ panis: q₂ sicut panis vn⁹ non extinguit nisi vnā famem: sic illa delectatio non extinguit sitī fornicatiōis nisi vna hora. Uł ē vni⁹ panis. i. breuis q₂ nec per momentū faciat. Hiero. Uoluptas carnis presens nō satiat: futura cruciat pterita nō delectat. Quarto rōne dāni. Nā pctū luxurie: a sanctis dr esse mai⁹ pctū alijs: qd pbo q̄ttuor ratiōib⁹. p⁹ rōne libidinosi ardoris nā ppter vehementē ardorē libidinis q̄ est in hoc pctō ro totaliter absorbet. delectatio aūt q̄ ē in gula ꝛ in alijs pctis spūalib⁹ nō totaliter rōnē absorbet. 2⁹ rōne generalitatis. nam pctū carnis videt esse in oīb⁹ cōe vel generale. vñ istud pctū Eccs. vij. assimilat sagene. Cui⁹ rō ē: q₂ sicut sagena capiūt pisces magni ꝛ parui: ita pctō luxurie detinent magni ꝛ parui. 3⁹ rōne feditatis. nam istud inter cetera pctā est fedius ꝛ maiorē feditatē reddit in hoīe. vñ sm hoc inte ligit auctoritas Hiero. que sic dic̄ Nulli periculosius sumūt corp⁹ xpi q̄ luxuriosi: quia in tali pctō est feditas ex parte corpis ꝛ ex parte aīe. vñ cū tales accipiūt corp⁹ xpi: ppter nimiā eoꝝ feditatē tale ē ac si in lutū pijcerēt. 4⁹ rōe duplicis temtatiōis. s. hostis ꝛ carnis: nō sic est in pctis spūalib⁹. Est aūt sciendū: q pctū carnis ꝛ per cōsequēs pena pctī dupliciter aggrauat. vno mō sm diuersas spēs pctōꝝ carnis. Re. ca. pcedenti. alio mō sm diuersas circūstātias locoꝝ: modorū: tempoꝝ ꝛ personaꝝ: ꝛ sm alias circūstātias aggrauātes pctm. vñ Crysos. sic dicit Fornicat⁹ est aliq̄s post legē difficilius punit q̄ qui an legē fornicat⁹ est: post aduentum xpi maloꝝ difficiliorē habuit vindictā: formata ē aliqua diues: altera pauper: diues graui⁹ puniet. Re. supra Delectatio: ꝛ infra Luxuria.

¶ Fortitudinis diffinitio sm Albertū ꝛ q aliqui exercent actū fortitudinis qui tñ nō sūt fortes. CA. I.

Fortitudo. Circa fortitudinē ɔsiderāda sūt tria. s. nature quiditas: materie ppetas excellentie sublimitas: vt dicam⁹ q̄d sit natura: que mā: quāta sit excellētia fortitudinis. Primo cōsiderāda ē circa fortitudinē nature quiditas. Nā fortitudo diffinitur a Tullio. ꝛ btō Tho. ꝛ Alber. Primo enim tullius in sua rethorica fortitudinē diffiniēs sic dicit: Fortitudo ē cōsiderāda piculoꝝ susceptio ꝛ laboꝝ perpessio quā beat⁹ Tho. allegat scda scde. q. cxxiij. articu. ij. in cor. q. in fine. Scdo mō btūs Tho. colligēs diffinitionē fortitudinis ex verbis Arestotel. iij. ethicoꝝ sic dicit: Fortitudo est virt⁹ medio mō se habēs sm rōnē rectā circa timores ꝛ audatias ppter bonū. In scri. ethicoꝝ. li. iij. ca. xviij. in fine. Tertio albert⁹ teotonicus colligēs diffinitionem ex vbis Arestotel ꝛ cōmētatoris sic dicit: Fortitudo ē habitus īmediate audacioꝝ ꝛ timorū sufferētes faciēs periculoꝝ ꝛ mortis gratia boni. In q̄ diffinitiōe tāgit q̄nq₃. p⁹ tangit gen⁹ remotū cū dicit habit⁹. Nā fortitudo est q̄dā firmitas animi p quā anim⁹ stat imobilis cōtra timores piculoꝝ mortis. 2⁹ tangit gen⁹ ppinquū cū dr īmediate p qd fortitudo habet rōnē vtutis cui⁹ ē esse in medio vel rōnis vel rei. 3⁹ tangit actum ppriu per hoc q dicit: q fortitudo facit sufferētes. Nā pncipalior actus ei⁹ est pati q̄ aggredi. 4⁹ tangit materiā vel obiectū ibī mortis ꝛ periculoꝝ. Est eni duplex materia fortitudinis. s. pncipalis ꝛ secūdaria. pncipalis q̄dē est mors. secūdaria vero sūt pericula: q̄ q₂ possūt eē plura: id dic̄ piculoꝝ Re. ca. īmediate sequēti. 5⁹ tangit finē vltimū per hoc q dicit: grā boni. Si enī ex aggressiōe vel perpessiōe mortis seu piculoꝝ mortis nō seq̄ret aliqd bonum: tūc talis fortitudo nō habet rōnē vtutis. Ad cui⁹ euidentiā ē sciēdū: q aliqui efficiūt qñq₃ exteriorē actū vtutis non habētes virtutē: vel actū exteriorē fortitudinis: virtutē fortitudinis nō habētes ppter sex causas. s. ppter ignorantiā: experientiā: irā: fiduciā. cōcupiscentiā: violentiā. Primo ppter ignorantiā. Nā illi q̄ ignorāt picula mortis vident esse fortes dū. s. audaciter aggrediūt ea q̄ sunt piculosa: ſ₃ eis nō videāt: qui tñ nō habēt virtutē fortitudinis nec sūt vere fortes. Cui⁹ rō est talis: Ille q̄ vere est fortis h₃ habitū bonū quo viriliter aggredit: ꝛ quo patiēter patit: ſ₃ illi q̄ ignorātes pprias vires ꝛ periculi q̄ntitatē pericula aggrediūt: nullū habitū bonū habēt p quē operēt qd pat₃: q₂ cū cognoscūt periculū eē qd nō putabāt statim fugiūt ꝛ ideo nō sustinēt. nō sic aūt qui vere ē fortis: ergo ꝛc. Scdo videt aliq̄ fortes ppter experientiā eo q possūt optima agere ꝛ difficilia pati ppter suā experientiā: in quolibet enī negocio audacter ꝛ sine timore opat ille q̄ est expert⁹: sicut dicit Uegetius in li. de re militari: Nemo facere dubitat: qd se bñ didicisse cōfidit. Ubi nota: q p experiētiā cōsequit milites duo bona. Primū ē: q in bello exptis multa sūt nullius periculi sicut fragor arboꝝ: concursus equoꝝ ꝛ taliū que inexptis vt mulierib⁹ timorē incutiūt. Scdm ē: q ppter experiētiā sciūt agere grauare. inuadere aduersarios: ꝛ nō pati vel ledi vel grauari ab eis. S₃ talis ſ₃ ppter expientiā videant fortes: nō tñ sūt fortes. Et hoc propter duas rōnes. s. ex pte silitudinis: ꝛ durationis tēporis. Prima rō est ex pte silitudinis sic: Sile est exercitatos pugnare cū inexercitatis ꝛ armatos pugnare cū inermib⁹: vt athletas cū idiotis: ſ₃ hec scda aggressio nō est fortitudo. ergo nec pma. Scda rō est ex pte durationis tēporis sic: Aggrediētes terribilia ppter experiētiā timēt cū vidēt īminens periculū: ꝛ tūc deficiūt ꝛ fugiūt pmi: ſ₃ vere fortes sustinēt picula vsq₃ ad mortē: g̃ aggredientes picula ppter expientiā nō sūt fortes. Tertio q̄dā dicunt fortes ppter passiōis vehemētiā. s. ppter irā vel furiā. nā fortitudo quādā silitudinē furoris h₃ inquātū furor cū maximo impetu ad picula inducit. vñ qui ppter furorē vel furiā aggrediūt picula noiant fortes: ſ₃ tales nō sūt fortes ppter tres rōnes: ex pte finis: electionis: vel rationis. Prima rō ē ex pte intentiōis finis sic: Fortes operant ppter bonū simpliciter: ſ₃ operātes ppter irā vel furiam nō operāt ppter bonū simpliciter: ſ₃ ppter dolorē ꝛ appetitū vindicte: vt pat₃ de bestijs que aggrediūt terribilia ppter dolorē ꝛ pcussionē: ꝛ tñ in eis nō est vera fortitudo: g̃ ꝛc. Scda rō ē ex pte electiōis sic: Fortis operatur sm modū eligētie ꝛ boni grā ꝛ nō solū ſ₃ motū nāe:

operantes aũt ꝑpter furorẽ operanť solũ ſm motũ nãc ğ ꝛc̃. Tertia rõ eſt ex parte rõnis ſic: Fortes aggrediũť terribilia ſm mot⁹ rõnis ꝛ nõ ſm motũ paſſiõis: ſʒ operantes ſm furorẽ aggrediũť pericula tãtũmodo ſm motũ paſſionis: ğ ꝛc̃. Quarto quidẽ fortes vocanť ꝑpter fiducia. Nã quidã aggrediũť pericula nõ ꝑpter periciam aliquã. ſʒ ꝑpter hoc q̄ ſepe vicerũt in eis. Sʒ tales non ſũt fortes ꝑpter duas rõnes. Prima eſt talis. Fortes aggrediũť terribilia ꝑpter bonũ ſimpliciter ꝛ vt oʒ ꝛ qñ oʒ ꝛ ſm alias circũſtãtias: ſed aggredientes pericula ꝑpter ſpem victorie nõ aggrediũť ꝑpter bonũ ſimpliciter: ſed q̄ꝛ opinanť ꝛ eſtimãt poſſe pati ꝛ vincere: q̄ꝛ alias vicerunt ergo ꝛc̃. Secũda rõ ẽ talis: Fortis aggrediť terribilia ꝛ ſuſtinẽt ꝑpter bonũ: ſʒ opãtes ſpe victorie cũ non ꝯtingit eis ſperatũ nõ amplꝰ ſuſtinẽt: ğ ꝛc̃. Quinto q̄dã vocãť fortes ꝑpter cõcupiſcẽtiã: puta honoris voluptatis vel lucri. ſ. vt honorenť: delectẽť: lucrenť: ꝛ tales non ſũt fortes: q̄ꝛ finẽ debitũ nõ attendũt. Et ꝑ oppoſitũ q̄dã fortes vocãť: eo q̄ pericula audacter aggrediũť timore vituperii ſ afflictionis vľ dãni timẽtes ne vituperenť vel dãnificenť: ſm quẽʒ modũ hector troianis cõminabať dicẽs: Ille quẽ intelligã fugientẽ ſine bello. i. ſine hoc q̄ fortiter pugnet: ita male tractabo eũ q̄ nõ erit ſufficiẽs ad fugiendũ canes. Sexto q̄dã dicũť fortes ꝑpter violẽtiã. Fit eni multis pugnatoribꝰ violẽtia. ſ. terrẽdo: cõminando: puniẽdo. vñ videmꝰ q̄ ꝑncipes multa faciunt cogentes ſubditos ad pugnãdũ. ſ. muros cõſtituũt: foueas faciũt ꝛ alia impedimẽta fuge cõſtituũt: ꝛ tales nõ ſolũ nõ ſunt fortes ſed oībꝰ aliis peiores. Cuiꝰ rõ eſt: q̄ꝛ tales bonũ nõ operãť ſponte ſʒ quaſi coacte: ꝛ ꝑpter pene cõmunionẽ ꝛ vltionẽ. Hec. b. Tho. in ſcri. ethicoꝝ. li. iii. ca. xvi. ꝛ. xvii. per totũ. ꝛ ſc̃da ſc̃de. q. cxxiii. arti. ſ. in ſo. ii. arg.

Circa quã materiã ſit fortitudo. CA. II.

Secũdo ꝑncipaliter circa fortitudinẽ cõſiderãda eſt materie ꝓprietas. Cũ eni fortitudo ſit circa audacias ꝛ timores: ita q̄ fortitudo ẽ moderatiua audaciaꝝ: ꝛ cohibitiua timoꝝ: vidẽda ſunt hec duo. ſ. que timẽť: ꝛ reſpectu quoꝝ eſt fortitudo. Primo videndũ eſt q̄ timẽť. Cũ eni timor ſit mali: q̄nq̄ ſunt mala que timẽť. ſ. infamia: inopia: egritudo inimicitia: ꝛ mors. Quoꝝ rõ ꝛ ſufficiẽtia ſic põt accipi. Cũ eni malũ ꝑuatio ſit boni: hoc q̄nq̄ modis põt cõtingere. ꝑmo q̄ malũ generaliter ꝑuet oẽm bonũ habitũ: ꝛ ſic ẽ mors. ſc̃do malũ ꝑuat bonũ intrinſecũ corporis ꝛ ſic ẽ egritudo. tertio malum ꝑuat bonũ amicitie. ꝛ ſic ẽ inimicitia. q̄rto malũ priuat bonũ extrinſecũ a ꝓpoſito: ꝛ ſic eſt infamia. q̄nto malum ꝑuat bonũ ꝓueniẽs a fortuna. ꝛ ſic ẽ inopia. Secũdo videndum ẽ q̄d ſit ꝓpria materia fortitudinis. Ubi nota q̄ fortitudo. pꝰ nõ eſt circa infamiã. cuiꝰ rõ eſt talis Timere infamiã ſemꝑ bonũ eſt: q̄ð dupliciter ꝓbať. primo q̄ꝛ infamia ẽ de turpi: q̄ð ſemꝑ cauendũ ẽ. ſc̃do quia videmꝰ q̄ ille q̄ timet infamiã ſemꝑ laudať vt verecũdꝰ ſʒ fortitudo ẽ circa ea q̄ q̄nq̄ bona ſũt nõ timere: ğ fortitudo nõ eſt circa mala infamie. 2ᵒ fortitudo nõ eſt circa egritudinẽ vľ inopiã. Cuiꝰ rõ eſt: q̄ꝛ fortitudo nõ ꝯſiſtit circa ea que nullo mõ timenda ſũt: ſʒ inopia ꝛ egritudo nullo mõ timẽda ſũt: q̄ð ſic patʒ: Quia illa que nõ ſũt ab operatiõe mala: vel a voluntate mala ſicut a ꝑncipio nõ ſũt timẽda: ſʒ talia ſũt ꝑdicta. ſ. infirmitas ꝛ inopia ergo ꝛc̃. 2ᵒ q̄ fortitudo nõ ſit circa inopiã ꝓbo ſpãli rõne ſic: Nullꝰ timidus in ꝑiculis bellicis eſt fortis: ſʒ multi liberales nõ timẽtes circa pecuniaꝝ defectum ſũt timidi in bellicis: ergo nõ ſũt fortes. 3ᵒ fortitudo nõ ẽ circa inimicitiam: iniuriã: vel inuidiã: q̄ꝛ ſicut nullꝰ dr̃ fortis ex eo q̄ non timet ne aliq̄s iniurieť vel inuideat ſibi aut filiis aut vxori: vel q̄ nõ flagelleť ſʒ audacter ſuſtineat ꝑdicta: Cuiꝰ rõ eſt: q̄ꝛ iſta nõ ſũt maxime terribilia: ꝛ iõ quãdo aliq̄s diciť fortis ex eo q̄ ẽ intrepidus circa ea q̄ ſũt maxime terribilia. Cuiꝰ rõ eſt: q̄ꝛ nullꝰ ſuſtinet magis timẽda q̄ fortis: ſʒ mors eſt inter oīa magis timẽda: q̄ꝛ inter oīa ẽ magis terribilis. ergo ꝛc̃. Q̄ð aũt inter oīa mors ſit magis terribilis ꝓbo duplici rõne. Prima ẽ talis. Quodquid ẽ terminꝰ vite ẽ maxime terribile: ſʒ mors ẽ hꝰmõi ergo ꝛc̃. Sc̃da ẽ talis: Illud poſt q̄ð nulla tranſmutatio relinquiť in bono vľ malo ẽ maxime terribile. ſed mors eſt hꝰmõi: ergo ꝛc̃. Hec bea. Tho. in ſcript. ethicoꝝ libro iii. ca. xiiii. per totũ.

Q̄ꝛ fortis eſt ille q̄ eſt intrepidus circa maxime terribilia. CA. III.

